LIBRARY
Brigham Young University
RARE BOOK COLLECTION
Vault
093
Am35
1488

BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
3 1197 23820 4926

603

Author: Albertus de Tuyl.

Georgius Kloß, M.D.
Francofurti ad Moenum.

Aeneae Siluij Senenſis praecepta artis rhetoricae

1487.

Aeneæ Siluij Seneſis Artis rhetoricæ præcepta/ cum epiſtolarũ partibus ad illuſtriſſimũ principem Marchionem Badenſem Treuerenſis archiepiſcopalis ſedis antiſtitē reuerendiſſimum. Prologus.

b Ene eſſet uir illuſtris: ꝙ quoniā omnis eloquētiæ/ & perfectæ elocutiōis preceptio/ in tria ſit mēbra diſtributa: Elegantiam ſcilicet/ compoſitionē/ & dignitatē: ut de his aliqua in noſtri opis exordio dicerē: Sed quoniā hæc apud Ciceronē libro ſuo rhetoricoꝝ/ ſatis explanata ſunt: de his (maxime de elegātia & dignitate) ſupſedēdo: ſed de ſola (ꝙtum ad præſens ſat erit) cōpoſitiōe pſequendũ fore exiſtimaui. Quoniāquidem ipſa compoſitio/ niſi diligēter ſit ab oratore obſeruata: omnis pene ſplendor/ uerborumqꝫ cōcinnitas/ tota intereat neceſſe eſt. Quid enim ſine compoſitiōe elegantia aut uerboꝝ ſententiarũqꝫ ordinationes ualeant: non ſatis intelligo. Hanc autē compoſitionis partē: quonam pacto cōmodius/ quo compēdio breuius/ qua deniqꝫ uia ad capeſſendum melius/ ꝙ præclariſſimoꝝ noſtra ætate oratorum Caſparini Barçiçij pergamēſis: & Stephani Fliſci ſancinēſis præcepta: & prima omnis eloquētiæ elemēta pſequi poſſum: haud uideo. Artē itaqꝫ ab his & præcepta uir hũaniſſime: a me autē præſentē a tua quæſo clementia accipi ordinationē. Qui: quoniā hæc compoſitiōis pars in tris apud oratores reperiat̃ diuiſa partes/ ordinem/ iuncturam/ & numerũ: In primis iuncturā (quia circa litteras cōſiſtit & ſyllabas) duxi expediendum.

De iunctura ſeu poſitione.

In iunctura igitur: quæ apta quædam atqꝫ cōcinna litteraꝝ ſyllabarũqꝫ: in cōtextu uerboꝝ eſt collocatio: ab omī offenſione auriũ procul remota: multa ſunt uitia fugienda: quæ a Socrate & a Theopōpo ſummo ſtudio ſunt uitata: a Cicerone autē & Demoſthene/ nō niſi cum nimis frequēter in orationē incidũt. Sæpe etiā ſi modeſte interueniant/ orationē nũc meliorem/ nũc grauiorē efficiunt. Nam ut in ſaporibus quædam interdum ſuauiter/ amara ſunt: ſic in oratione aliqua aſperitatis interſonātia: magis

grata eſt oratio. Vnde ſi uel ſentētiarꝝ neceſſitas exegerit: aut pūctis quibuſdā cōcurſus diſtingueret uocalium: nec ſpū uno nec eodē ꝓferretur (modo id raro & modeſte fieret (nō modo hoc nō reprehēdendū eſſet: ſed q̄nqꝫ etiam laudandum.

De cōcurſu uocaliū uitādo: præſertim de/a/e/&/o/

Primū igit ex ordine præceptū tale eſt. Cauendū eſſe ne creber uocaliū curſus: qui hiantē incōcinnā atqꝫ inſuauem exprimēdi ſonoritatē pariat: incidat in orōne. Qđ fit ſi præcedens in uocali terminet dictio/& ſubſequēs ab eadē aut alia incipiat uocali: Qđ maxime in/a/in/e/&/o/ uocalibꝰ (quia maiorē habēt ſonū) erit euitandū. ut Ama amantē deum: Veſtrā laudo amicitiā: Egredere ex domo aliena: Egredere ex urbe elata. Vocales uero quæ magis exilem habēt ſonū minorē hiatum faciūt. ut Honoro illuſtres uiros: Extollite uirtuoſos homines. Nō tñ magis incōcinne uocales ſeſe recipiūt/q̄ ſi æedē cōcurrūt. ut Solicita auſoniā martina: Elige egregios bellatores: Conueni irritātes ad cōcordiam ciues: Cornu unicum in caſtris extat.

De litterarꝝ cōcurſione multarꝝ uitanda.

Secundū eſt præceptū. Qꝫ multarꝝ ſimiliū litterarꝝ cōcurſionē effugere debemus: quæ quandā uel legēdo/uel ꝓnunciando difficultatē afferre uidet. ut Iacob bonus/& Iob beatus/præcepta dei & leges diligenter obſeruarunt: Dauid diuinos dedit pſalmos: Ioſeph fuit pharaonis interpres A fratribus facinoroſe ueditus: Animaduertit Titus tyrānus quæ ꝑpetrauit & pœnitebit tandē tanæ tyrānitatis. Semiuocaliū uero litterarꝝ cōcurſiōes præter/x/modicam uidentur uel legendi uel ꝓnunciādi difficultatē afferre. ut Chriſtū dominū noſtrū maximū nos omnes homines ſummope debemus extollere. X uero quia duarū in ſe litterarꝝ uim & ſonū complectit: difficilē ac hiantem in concurſiōe uidet afferre ꝓnūciationē. ut Carthaginenſium dux xantipus trux/fœlix xerxes/& uirtutis lux xenophon fuit. Similiter/x/&/s/ineptam pronūciationem reddunt. ut Deceptus xerxes græciæ bellū intulit. Vnde non ſolū in uerbis diuiſis: ſed etiam in cōpoſitis/s/&/x/

litterarum uitandus eſt concurſus. Quare ſi forte accidit ꝙ haec praepoſitio/ex/cum dictiõe ab/s/incipiẽte componatur/s/littera de medio eſt abijciẽda.ut exurgo/exulto/ & ſimilia. Nec ſolũ in his duabus litteris magna eſt aſperſitas/ſed/u/etiam &/t/ſi crebro cõcurrant:iuncturam deformem cauſant.ut nũc ſuauiſſime ſuadebat/nũc uero terribilis/tutoribus ſuis ſatis grauis erit. Omniũ itaqꝫ litterarꝶ ſiue uocaliũ ſiue conſonantiũ nimiae cõcurſiones uel aſſiduitates euitandae ſunt:quae inſuauem ꝓfecto ſonoritatẽ reddere ſolẽt. Intelligunt̃ haec praecepta ſeu regulae/de nimio cõcurſu ſyllabarũ/dictionum/uel litterarũ/ſub exceptione:niſi ornatus uel utilitatis cauſa/ſaepius fiat oppoſitum/praeſertim in finalibus ſyllabis/aut litteris dictionũ. Nota/x/littera graeca tempore Octauiani a Carmẽte fuit repta in ſignum crucis formata/myſteriũ aduẽtus chriſti crucifigendi ſignificãs. Et ante/loco/x/illis duabus litteris/c/&/s/utebant̃: Ideo tanqꝫ duplex cõſona/x/ſp facit ſyllabam longã: quacũqꝫ uocali praecedẽte. & cauſat poſitionẽ. Sed loco/ç/ultimae alphabeti litterae:etiã noviter repertae:olim duplex/s/ſcribebat̃.

Concurſiões cõſimiliũ ſyllabarꝶ cõtinuatae/uitãdae ſunt.

Tertium praeceptũ/Qꝫ ſyllabarꝶ ſiue earundẽ & cõſimilium cõcurſiões/& nimiae aſſiduitates ſunt euitãdae. quoniam nõ tam inſuauẽ qꝫ ineptã reddũt orationẽ.ut Caſſius curãs cuſtodire cõmoditatẽ. &caetera. ubi haec ſyllaba cu/inepte ſaepiꝰ repetit̃. & caeteri de re certa certãtes Caeſarem coeperũt. Item Meae mẽtis memoriae modum ita imponam ut meae me meditationis minimae poeniteat. Item Poetae potentiã ponẽtes in poſſibilibus & in honeſtis rebus laudant̃. Itẽ Ciuitas quae a regibus regit̃ regio amore foelix eſt. Similit̃ ne idẽ ſit dictionum imediate ſe ſequẽtiũ exitus cauendũ eſt:ut Illorꝶ bellatorũ ac impatorꝶ fortuna laudat̃:quorũ probitas ciuiũ optimorũ ſaluti incerta eſt. Item Fortunatorꝶ imperatorꝶ optimorumqꝫ rectorꝶ uirtus magis qꝫ fortuna laudat̃. Similit̃ ne ſequens dictio ab eadẽ incipiat in qua praecedens terminat̃ pſpice.ut Ille legit: Amor mortalis:In te integer eſt. Qđ quidẽ uitiũ nõ

UPB

nulli Ciceroni obiecerunt. Sed hoc uitio nō eſt attribuē/dum ſi grauitatis cauſa fiet: niſi cū hoc dicēdi genere crebro utimur.

Dictionum nimiū concurſum uitandū.

Quartū præceptum. Q etiam dictionū nimia concurſio & aſſiduitas diligenter eſt euitanda, ut Non eſt ratiōis ratio rationē illi adhiberi: qui in ſententijs ferendis ratione non utitur. Nemo quidē eloquētiæ ita ignarus eſt/ cuius animus non faſtidio aliquo afficiat ſiquidē huiuſmodi audierit: niſi ornatus cauſa: ut repetitione/ complexione/ traductiōe/ conduplicatiōe/ cōtinuatiōe/ & huiuſmodi in orationē cadant. Dictiōibus equidē ex oīnibus grāmaticæ oratiōis partibus ſumptis: uti debemus longis/ ſuauibus/ dulcibus/ ſonātibus/ electis idonee/ cōmodis/ pprijs/ apertis/ cōcinnis/ uſitatis: ut oratio ita ſplendens/ idonea/ & reſonās ex ipſis efficiat: q aliqua uerborū obſcuritas/ aut oratiōis difficultas in dicendo non cōmittatur: quæ uel auditorum aures/ uel legentium animos aliquādo offendere poſſet. & cetera.

Suſpenſio & prolixitas uitanda.

Quintum præceptū. Q nimia uerborum ſuſpenſio & prolixitas in oratione eſt uitioſa. Quæ res tametſi in phemijs interdum concedat: In cæteris tamen oratiōis partibus reprehendi ſolet.

Figura Themeſis in ſimplicibus eſt uitāda & in cōpoſitis.

Sextum præceptū. Q figura quæ dicitur Themeſis in ſimplicibus nō utamur: nec in compoſitis: niſi poetarum aut oratorum uſus approbauerit. ut Poſtea uero q̄ꝫ/ p poſtea q̄ꝫ uero. Poſt uero ea/ pro poſtea. Inqꝫ uicem/ p inuicemqꝫ. Septēqꝫ triones/ pro ſeptentrioneſqꝫ. Satiſqꝫ boni uiri officio fecit/ pro ſatiſfecit. Et quæ ad hūc modū a nobis diuidunt: propterea non reprehendunt: quia a ſummis poetis & oratoribus ſunt recepta.

De Cum & Tum.

Septimū præceptū. Hoc inter cū & tum refert. & tum duplicatū. ut multis locis admonet Cicero. q ea particula orationis cui hæc cōiunctio cū antefert: uel cauſam: uel

cōcomitantiā:uel illud qđ aptius eſt/certiuſue ſignificat: uel tēpoꝝ prioritatē:uel maiorū rerū dignitatē. Tum uero aut officiū antecedentis cauſæ:aut alternationem:aut rem nimis notam:aut tempore poſteriorē importat: Aut minorē dignitatē/aut momentū affert:niſi aliquid ſequatur qđ huic ratiōi aduerſet̄.ut Potius/multomagis/ſtudioſius.& quæ ſunt huiuſmodi.Exemplū primi. Cum tuo in meamore ſummo/tum beneficio ſemp tui memoriā ꝓ me ferā.Exemplū ſecundi. Cum mutuo inter nos amore tum reipub.cauſa perpetua reꝝ omniū ſocietate deuincti ſumus.Exēplū tertij. Cū tuis in oībus beneficijs/tum uolūtate imposteꝝ ꝓna/ad oīa uiri officia pater patriæ iure optimo diceris.Exēplū quarti. Cū olim in parentē pietatem inſignē animaduertimus:tum in patriā nō minori ſtudio futurū ſperamus. Exemplū quinti.Cū uitā ꝓ tua ſalute:tum opes omnes ꝓfundere nunꝙ dubitabo. Qꝫ ſi tū in eadē oratōe geminet̄/aut in diuerſis/cōcomitātiā ſiue differentiā ſignificat.ut Cicero tū natura tū cōſuetudine ad oēs res honeſtas flāmato ſtudio rapiebat̄. Sæpenumero tñ nimia abeūdi negocij oportuna celeritate oppreſſi : aut occupatiōib⁹ alijs diſtracti : aut parua adhibita diligētia:incōſulte incurſionē & aſſiduitatem uel litteraꝝ uel ſyllabarū uel dictionū uel utrūqꝫ incidim⁹. Qđ etiam apud Ciceronē cū eloquētiæ principē:tū etiā haꝝ cōpoſitiōis rationū & præceptorū optimū artificē:aliqñ cōpiemus.Sed tñ eſt curādū diligēter:& quoad fieri poſſit:ut ab ipſo cōcurſiōis & nimiæ aſſiduitatis uitio declinem⁹.

De ordine partium orationis.

Octauū præceptū de ordine.Ordo eſt quædā uerboꝝ: orōnūqꝫ int̄ ſe:uel naturalis uel artificialis diſpoſitio. Circa quē obſeruandū eſt: & ſit hoc octauū in ordine noſtro præceptūꝙ ſemper oratio creſcat & augeat̄.ut qđ ſequit̄ maius ſit eo qđ antecedit.ut Nobilis & egregi⁹:Magnificus & illuſtris: Crudelis & īmanis: Fur & ſacrileg⁹. Augeri quidē uult oratio & inſurgere:non minui. Hoc ueꝝ cū uerba ad eādē ſint pſonā relata ſeu rem. Qꝫ ſi ad diuerſas: nullū admittit uitiū q ab hoc generis rōne diſcedit:ut cū

alium ſacrilegū dixeris prius/alium dehinc furem appel/las. Exaugēdæ autē & multiplicādæ orōnis ratio triplex reperit̃ apud oratores. Vna quæ pertinet ad unicā oratio/nem/mltis uerbis coadornatā. Altera quæ ad plures/mul tis ex partib⁹ grāmaticæ orōnis āplificandā. Tertia quæ ē accōmodata epiſtolis & oratiōibus/atq͡ꝫ cæteris oratorū dicendi ratiōibus: non ſolū uerboꝝ copia exaggerandis: uerūetiā negocijs rerū locupletādis. Prima ergo coau/gmentādæ oratiōis animaduerſio eſt: ut in noſtra oratōe coaceruemus multa nomina ſubſtantiua/uel ꝓpria uel ap pellatiua/aut etiā adiectiua/poſitiua/cōparatiua & ſuper/latiua: Aut uerba pſonalia/aut impſonalia/aut participia in omnibus tēporibus poſita/aut gerūdia/uel ſupina/aut ꝓnomina primitiua aut deriuatiua/aut aduerbia poſitiua cōparatiua/& ſuplatiua/quæ dictiōes huiuſmodi ita gra datim collocantur: ut alterā altera/& aliam alia ſubſequa/tur/quæ maiorē uim & efficaciorem uehementiā impor/tat/& oratiōis ſententiā magis adauctam efficit. ut in hoc exemplo. Cum iuſticiā eamipſam aptiſſime cōſtare uide/amus: ex qua opida/ciuitates/prouintiæ/natiōes/regna/atq͡ꝫ imperia gubernant̃/conſeruent̃/amplificant̃: Omnē igit̃ cogitationē/diligentiā/actiones/ fortunaſq͡ꝫ noſtras: nos deniq͡ꝫ totos libenter exponere debem⁹/ut eaipſa iu/ris æquitas/diligēter extollat̃. De ſecūda coaugmentā dæ oratiōis ſpecie. exemplum tolle. ut Ego ꝓpter magnū Ciceronis in me amorem/& propter inſignes eius uirtu/tes/atq͡ꝫ ꝓpter magna & multa ſua benemerita: eum pluri mum diligo. Item Ego cum ꝓpter magnum Ciceronis in me amorem quē ſemp optimū fuiſſe cognoui. tum ꝓpter eius uirtutes quas celeberrimas equidem & inſignes eſſe cōſpicio. tum etiam ſua erga me benemerita quæ ab ipſo multa quidē & magna recepi/eum ꝑfecto mirifice diligo. Ecce quomodo oratio præcedēs ex relatiuis interpoſitis multiplicat̃. Sic enim ex omnibus oratiōis partibus ora/tio multiplicari poteſt. Sed de omnibus ponere exempla nimis ꝓlixum eſſet. Item de tertia augmentādæ oratio/nis ſpecie non tam ꝓlixum eſt q͡ꝫ laborioſum. De hoc au/tem relatiuoꝝ exemplo & alijs orationum partibus circa

multiplicandas orationes. q̃ oportune concurrãt: in ſuis proprijs dicitur locis.

Q̃ dignitas & natura rerum in oratiõe attendenda eſt.

Nonum præceptũ Q̃ dignitas rerũ attẽdi debet/ac naturæ: ut quæ in eodẽ genere dignitate præſtant/ea minus dignis in oratiõe anteferant. ut uiri fœminis/ortus occaſui/dies nocti/ſecundæ res aduerſis/honeſta turpibus. & multa ad hũc naturæ modũ ſimilia. Hoc uerũ cum aliqua uerba ſeſe ĩmediate ſequũtur. Nihil enĩ impedit ſi a ſe diſtantia fuerint/& in aduerſa orationis poſita parte/aut ad diuerſum tẽpus/orationeq̃ relata: quæ minorẽ dignitatẽ habeant: poſſe dignioribus anteferri/ut in hoc exemplo. Cum ingens agmen puerorũ/mulierũ/dehinc uirorũ/in manus hoſtiũ p̃ueniſſet: ſecuta eſt ſubita cunctis in rebus captiuitas. Idem in ſepatis uideri multo facilius eſt.

Q̃ uerba ocioſa & ſupuacua in oratiõe ſunt cauenda.

Decimũ præceptum: Cauendũ eſt/ne uerba in oratõe ocioſa ſint/ne ſupuacua/ne nihil agentia. qđ uitiũ qui euitare uolet/genꝰ ſuæ ſpeciei anteponat. ut Caſtor & pollux fratres gemini/cũ finitimis bellũ gerebãt. Supuacue igiť & inepte diceretur gemini fratres. Nam cũ omnes gemini fratres ſint/nihil opus erat cum gemini dixiſſet fratres adijcere.

Q̃ uerba rebus de quibus loqmur ſcđm dignitatis ſignificationem ſint accõmodata.

Vndecimũ. Q̃ uerba rebus de quibus loquimur ſint accõmodata/ne plus minuſue q̃ dignitas rei poſtulabit ſignificare uideanť. Nã qui agricolam illuſtrem/aut regẽ parcũ in terlaudãdũ appellat: nõ mediocriter uitiũ incurrit. quoniam illic adiectiuo ampliori: hic anguſtiori q̃ rei natura poſcat utitur. Tria inq̃ ſunt uerba quæ orator auſfert ad illuſtrandũ orationẽ: aut inuſitatũ uerbum/aut nouatum: aut tranſlatũ: In libro de oratore inqt Cicero.

Abuſio ſignificatiõis uerborũ eſt uitanda.

Duodecimũ præceptũ. Q̃ nõ abutamur ſignificatiõe

unius uerbi ꝓ altera. in qbus nulla ſimilitudo relucet. ut ſi ruſticū eruditū appellas: aut militē ſine armis/ inſtructum incedere ad bellū dicas. Opus itaqȝ erit ꝓpriā ſignificatio/nem uerboꝝ a grāmaticis repetere/ & rerū naturas cōſule re: quis ornatus rebus quibuſqȝ ſit accōmodandus.

Inter adiectiuū & ſubſtantiuū aliquid mediare debet.

Tertiūdecimū præceptū. Qꝫ inter adiectiuū & ſubſtā/tiuū aliquæ interponant dictiōes: quæ ꝑfecto ex oīmibus partibꝰ orōnis grāmaticæ cōmodiſſime ſumi poſſunt. ut Ampliſſimā. M. T. C. facultatē: rationēqȝ dicēdi ingenio ſtudio atqȝ doctrina cōſecutꝰ eſt. Itē Summā equidē Ma/ria læticiā ſuſcepit: cum ſibi ab angelo filiū dei ſe pariturā nunciatū eſt. Itē Tam multa legiſti libroꝝ uolumīa ꝙ ni/mirū tandē peritiſſimꝰ euaſiſti. Itē Magnū ſupra uires onꝰ deſumpſi: qui de rebus diuinis dicturꝰ ſum. Cauendū tñ ne nimiū ab inuicem ſeperent. qđ orōnē obſcurā facit. ut in hoc exēplo. Nulla ſatis ꝓbata apud ciues ſua uirtꝰ eſt: Non tñ ſemp cōcinnū eſſe uidet: ꝙ adiectiuū a ſubſtanti uo diuidat p intermediū: ſi meliorē præſertim ſonoritatē habere uideat: ut cōtinue collocet. Qđ euenit potiſſimū ſi adiectiuū & ſubſtātiuū in genitiuo poſitū aliud adiecti/uum & ſubſtātiuū cui ſubordinat fuerit interlocatū. Aut cū adiectiuū cōparatiuū: una cū ſubſtātiuo fuerit in geni/tiuo poſitū. Aut cū aliquā magnā alicuiꝰ rei uehementiā important. Et etiā aliqn adiectiuū poſitiuū uel ſuplatiuū in oīmibus caſibus poſitū: decēter cōtigue tractari poteſt. Sed potiſſimū participia oīmis tpis: cū in cōcomitātia uel cōſequētia cōtinent ſine intermediatiōe collocari ſolent. Exēplū de adiectiuo & ſubſtantiuo in genitiuo poſito. ut Eximia priſtini noſtri amoris magnitudo me uehemēter adhortat: ut par mutui beneficij retributio a me tibi refe/ratur. Itē Excellēs tuæ familiæ dignitas: & præclarꝰ ſpecta/tæ uirtutis ſplēdor: & exardeſcēs fruēdæ uirtutis deſideri um: ad ſtudiū te plurimū incitare debēt. Exēplū ubi adie/ctiuū cōparatiuū cū ſubſtātiuo in genitiuo ponit. ut Ne/minē uideo callidioris ingenij: ꝑſpicacioris intelligētiæ: accuratioris excogitatōis: ingenioſioris ſciētiæ: ſtudioſi

oris diligentiæ: amplioris doctrinæ: præſtãtioris eloquẽ/tiæ. M. T. Cicerone extitiſſe. Exẽplũ ubi magnã uehemẽtiam importat: qđ contingit in ablatiuo. ut Qui egregias bonarꝶ artium diſciplinas ſumma uolũtate: accuratiſſima cõtemplatione: & quotidiano ſtudio complexi ſunt: eas quas exinde ſperarũt emolimẽtorꝶ ratiões: facile cõſecu/ti fuerũt. Exẽplũ ubi adiectiuũ poſitiuũ ponit᷑ cũ ſubſtãtiuo in oĩbus caſibus ſine intermediatiõe. ut Marcus Aurelius uir officioſus & prudẽs: cuius uirt⁹ tãtæ eſt intelli/gẽtiæ: tãtæ integritatis: tãtæ cõſtantiæ: tãtæꝗ modeſtiæ: ut ei tanꝗ̃ fido ſocio & homini ſapiẽti plurimũ debeã: Il/lum igit᷑ ad te ꝓficiſcentẽ ut hominẽ rectũ: & ingenioſum artificẽ: ita tibi cõmendo ut meũ affinẽ & gratũ hominẽ. Nã & egoipſe claro genere nato: & inſignis morib⁹ expo/lito: atꝗ alijs magnis uirtutibus prædito: in oĩb⁹ meis negocijs familiariter fruct⁹ ſum. Exẽplũ de adiectiuo ſup/latiuo. ut Lucius Craſſus uir peritiſſimus: cuius ut homi/nis integerrimi fides mihi explorata eſt: a me plurimũ diligitur: Nã & ſibi tanꝗ̃ homini amiciſſimo: & ꝓcuratori ui/gilãtiſſimo: rõnes meas agendas libẽter cõmittere ſoleo: ne unꝗ̃ ipſum optimũ amicũ derelinquã. Quẽadmodũ egoipſe Lucio Craſſo uiro officioſiſſimo utor familiariſſi/me: Ita etiã a te peto: ut cauſæ ſuæ tanꝗ̃ res mea ageret᷑ te maximope accõmodare uelis: quo grati⁹ mihi nihil efficere poteris. Exẽplũ ubi adiectiua participia omnis generis ſine intermediatiõe ponunt᷑. ut Cum in ſenatu cauſam tuam agere cœpiſſem: Saluſtio decernẽte: cõſulibus audiẽ/tibus: præfectis legatiõibus: cæteris magiſtratibus: Itaꝗ res in aliã diem delata eſt: de qua quicquid actum fuerit te certiorem reddam.

Qꝫ oratiões incipiendæ ſunt ab adiectiuis & ſubſtantiuis & relatiuis & ꝓnominibus.

Quartumdecimum præceptum. Qꝫ orationes ab adiectiuis: aut ſubſtantiuis incipere debeamus. & hoc a cõpa/ratiuis poſitiuis & ſuperlatiuis ſimplicib⁹ & compoſitis. Item a relatiuis ſubſtantiæ & accidentis. Item a participijs in/ans / uel in/ens / uel in/dus / uel in/tus / deſinentibus.

Item a ꝓnominibus primitiuis & deriuatiuis: De quibus omnibus exempla per ordinē ſubſequūtur. Exemplū de adiectiuo poſitiuo. Magnū ego a te beneficiū me recepiſ ſe profiteor: pro quo uniuerſam meā tibi operam defero. Item Immortalia enim tua in me benemerita liberaliſſime profecta ſunt: quæ nulla unq̄ mea delebit obliuio. Exem/plū de comparatiuo. ut Maius mihi officium præſtare nō potuiſſes: q̄ illud qđ tu me hodierna die amiciſſime por/naſti. Exēplū de ſuplatiuo. Maximū ꝑfecto illud tuū erga me ꝓmeritū quo ego a te cumulātiſſime exornatus ſum/ reputo mihi ſummopē gratiſſimū. Exemplū de adiectiuis compoſitis. ꝑmulta/ꝑmagna/ꝑmaiora/ꝑclariora. q̄ maxi/ma/q̄ ſingulariſſima/q̄ ampliſſima. Exemplū de relatiuo ſubſtātiæ. Qui tibi ex me fructus debentur: cum idonea mihi facultas offertur: eos ꝑfecto q̄ uberiores ſuſcipies. Exemplū de relatiuo accidētis. Qualia enī ab alijs officia recepimus: talia plærunq̄ reddere ſolemus. Exemplū de participio in ans. ut ibi. Vigilātes uirtutibus homines/& bonarū artiū ſtudijs iugiter inſudātes: maxima fui ſemp̄ beniuolentia ꝓſecutus. Exēplū de participio in rus. ut Da turum operā uirtutibus Albertū noſtrum ſcribis: mirꝫ in modū gaudeo. Exemplū de participio in dus. ut Extollē dus ab omni hominū genere penitus eſt chriſtus: qui om nium hominū eſt cōditor & bonorū elargitor. Exemplū de participio in tus. ut Cōſecutū me opera mea cōmodi/tates q̄ plurimas: Ciceronem tibi retuliſſe uehemēter læ/tor. Exemplū de ꝓnomine primitiuo. Ego ſemp̄ tibi ami/ciſſimus eſſe uolui: quia tu me ſemp̄ plurimū amaſti. Exē plum de ꝓnomīe deriuatiuo. Mea quidem diligentia tibi ſemp̄ futura eſt paratiſſima: quā tuam in me beniuolentiā cognoui mihi ſemp̄ q̄ promptiſſimā.

Qꝫ ex oī parte oratiōis cōmodo ſe oratio poteſt inchoari.

Quintumdecimū præceptum. Quanq̄ ab adiectiuo appoſito/uel ſuppoſito/principium ſumere orationis cō/modiſſimum ſit: quia tamen aliquando accidit/ut dictio/nes multifariæ nō minus in oratiōis principio optime ia/cere: & pulchre reſonare uidentꝰ: nō incōmodū uiſum eſt

ab eis principiũ orationis cõſtitui poſſe: quæ ꝑfecto dictio nes ex omni genere atq; manerie octo partium orationis cõmodiſſime ſumi poterunt. ubi adiectiuatiões non tibi cõmode ſuccedũt. Quod per plura uidere exẽpla pulchꝛe iudicabis. Exemplũ de nomine ꝓprio/in principio oratio nis poſito. Brutꝰ quẽ in his litteris tibi cõmendo: cũ mihi ſit omniũ amiciſſimꝰ/tum etiã maximis eſt uirtutibus or natus. Exemplũ de nomine appellatiuo. Homines enim illos quos duplices eſſe cognoui: ut unũ uerbis dicãt: ali ud autem re ſentiant: niſi ipſi aliqua ꝓbabili fortaſſe ratiõe ad hanc fictionẽ compellantur: apud me ſemper parũ ua/ lere debere conſtitui. Exẽplũ de uerbo actiuo. Amabo te ſemper atq; ſummope diligam: quoniã tu omĩa pro me li beraliter effeciſti. Exemplũ de paſſiuo. Videor enĩ uidere te ualere: cũ tuas lego litteras: ſed doleo cũ appellor a te ĩmerito negligens: cum ſcribendi facultatẽ nõ habuerim. Exemplum de uerbo intereſt. Intereſt plurimũ uiroꝝ pru dẽtiũ internoſcere quæ ad eorũ rẽpub. recte gubernandã/ ptinere uidentur. Exemplũ de uerbo placet & ſiĩbus. Pla cuit ſemp ac libuit maximope principibus ſapiẽtibus/ac/ curatiſſime pſcrutari/quid ſuperioribus alijs principibus acciderit: ut ſuppeditet eis qd eueniet aut eos agere opor teat. Exemplũ de gerundio. Agendum eſt aſſidue ut offi/ cioſum aliquid conſequatᷣ. Exemplum de ſupino. Relatu multoꝝ nobis ſignificatũ eſt: maximũ officioſum te uiꝝ eſſe factum: quo plurimũ certe gaudemus. De participio in proximo dictum eſt præcepto. Exemplũ de præpoſiti/ one. Ad decimũ calẽ. Maij ad urbem cum ueniſſem ut de multis ac uarijs rebus tecũ cõmentarer: te reperire nõ po/ tui: Quas igitᷣ res te corã agere uolebã: per litteras abſens breuiter ſignificabo. Itẽ Extra iocũ ſunt ea ꝑfecto quæ ti/ bi ſcribo: quæ certe ſunt apud te diligentiſſime obſeruan da. Item Poſt deũ omnipotentẽ & parentes qui me genu/ erunt neminẽ habeo quem magis te diligã/magis exco/ lem/magis obſeruem: aut maiori q̃ te beniuolẽtia cõple/ ctar. Item Vſq; quo ſpiritũ perducere potero/non ceſſabo me tibi gratiſſimũ demonſtrare. Item Ab omnibus homi nibus hi merito deridentᷣ: qui clariſſimas bonarũ artiũ di/

ſciplinas uilipendũt. Item Corã te cum affuero ea tibi declarabo: quæ & gratiſſima forte & cõmodiſſima tibi uidebuntur. Item De om̃ibus rebus quæ ad te ptinent quaſq; mihi curandas præcepiſti: quid egerim ex his litteris cognoſces: quas tibi Caſparinus ex meo nomine conſignauit. Exemplum de aduerbio. Heri litteras ad te ſcripſi: hodie uero atq; nũc de te cogito: cras etiã te meis litteris uiſitabo: diligenterq; res tuas ptractabo: ut aliqñ intelligas me ſemp: & iam olim de tuis ornamentis & cõmodis maximope cogitare. Item Verum meminero niſi tandẽ meliorem uiuendi cõſtantiã deſumpſeris: conſpicio te maxima ſubiturum incõmoda. Exemplũ de interiectiõe. Heu mihi: cur ego tuis om̃ibus incõmodis nõ affuerim: Nam maximis te profecto curis atq; moleſtijs fortaſſe liberaſſem. Itẽ papæ ita ne ſe res habet ut narraſti Marce tulli: At at quas huic noſtræ reipub. futuras ĩminẽtes calamitates narrat Sempronius. Itẽ Vah ita ne decipiendus ab his ego ſp ſum: quorũ rõnibus plurimũ me accõmodare ſoleo. Exẽplum de cõiunctiõe. Quod tecũ libenter adeſſem/ & me tibi libentiſſime accõmodarẽ: ſi magnæ meæ atq; aſſiduæ cogitationes & occupatiões hoc mihi pmitterent. Itẽ Cum plurimũ mihi ſemper obfuiſti: noli expectare ut p his tuis in me iniurijs/ debeam magnis te meis beneficijs exornare. Item Nullum unq; fuit tempus in quo non maximam atq; firmiſſimam tuorum in me benemeritorum memoriam continue complexus fuerim: pro quibus equidẽ iam tibi accumulate ſatiſfeciſſem: ſi idoneam tibi ſatiſfaciendi facultatem mihi comparare potuiſſem. Item An tibi ego unquam ulla in re cõtradicturus ſim qui te mihi ſemper om̃ibus in rebus q̃facillimũ præbuiſti. Item ſaltẽ uerbis te mihi accõmodare uelis te obſecro: ſi re ipſa adiumẽto mihi eſſe nõ poſſis: aut nõ uelis. Quodq; plurima ad hũc modum de omnibus partibus orationis poteris excogitare exempla.

De diſtributiuis & partitiuis nominibus ornate utendis: & ſuplatiuis & cõparatiuis.

Sextũdecimũ præceptũ. Q̃ diſtributiuis & partitiuis nominibus cõmodiſſime uti poſſumus. cũ aut alicuiꝰ negocij partitionẽ quandam facere uolumus: aut certam aliquã animi determinationẽ declarare nitimur. De qua ratione hoc exemplũ conſpicere potes. M. Cato/ &. L. Clodius/ a me plurimũ diliguntur: Nec enim ĩmerito eos maximifacio. Nam cum alter mihi doctrinam miniſtrauerit: alter uero magnam mihi rerum facultatem præſtiterit: nõ poſſum abduci: quin cum alterius uirtute adauctus ſum/ alterius autem copijs adiutus exiſtam: alteri maxime debeam: alterum etiam admodũ diligam: quorum utro magis gaudeã aut magis uti uelim: non facile dijudico. Præterea ſæpenumero euenire uidemus ut in comparatione rerum multarum aut aliud alio laudabilius uel turpiꝰ demonſtrare: aut cõmodius aut deterius perſuadere: aut iuſtius uel iniquius ſignificare uolumus/ tũc cõparatiua uidentur omnino neceſſaria. De quo hoc tibi exemplũ trado. Semper ex omnibus hominibus qui maximã tibi beniuolẽtiæ cõiunctionem profitenť: unum tibi potiſſimũ adoptaſti: qui dignitatẽ tuam maximopere tuereť: nemínem profecto cõmodiorem diligere potuiſſes q̃ Pomponium/ cuius ſtudium pro auctoritate tua colluſtrãdi tam maximum extitiſſe conſtat: ut nec maiorem operam/ nec ſtudioſiorem curam: nec ardentiorem beniuolentiã/ nec promptiorẽ quidem diligentiam/ quiſq̃ tibi præſtare potuiſſet. Inſuper id quidẽ concinnũ eſt: ſi in omni pene modo dicendi frequẽtemus ſuperlatiua nominalia uel participialia aut aduerbialia. quod multis ex cauſis nobis idoneum eſſe uideť. Nam cum imprimis ipſa ſuplatiua/ propter magnam rerum reſonantiam magis ſplendidam reddant orationem: tum etiam efficiunt ut dicentis ſententia longe uerior & efficatior eſſe uideatur. Præterea ipſa ſuplatiua dicendi ſtilum reddunt magis amplum/ magis longum/ magis optimum. Quod cum ita ſit apte ſuperlatiua quæ uſui tuo ſe accõmodabũt arbitratu tuo pertractare potes. De q̃bus hoc exemplũ tibi patefacio: Q̃ Antonio tam familiariſſime frætus ſum/ tam ſummopere eum diligam/ ut ego ſumma cum ipſo ſim familiaritate cõiũctus.

Non eſt ꝑfecto mi Lentule ꝙ ulla moueri debeas ãmira/
tione: Nam cum is & ſummo mihi ſemp amore præſtite/
rit: & uigilantiſſimã pro rebus meis diligentiã declaraue
rit/ & ampliſſimã mihi liberalitatis beneficentiã patefece/
rit/ ut nullũ ſummũ hominis amiciſſimi/ liberaliſſimiq́
officiũ prætermiſit. Nec ullũ maximũ ꝓ ſalute mea ꝑicu/
lum ſubterfugere uoluerit: Iniquũ eſſe duxi: niſi ego etiã/
uirũ me ſibi ꝙ gratiſſimũ/ & omnibus ſuis cõmodis & or
namentis ꝙ promptiſſimũ: demonſtrarẽ.

Oratio frequẽter obliqua ſit.

Decimũ & ſeptimũ præceptũ. Q oratio frequẽter ob/
liqua ſit/ & a poſterioribus in recta cõſtructiõe incipiat: ſi/
ue id quod uerbo ſupponitᷣ uerbũ ipſum antecedat: ſiue
poſtponatᷣ. Exemplũ primi. ut Neminẽ poſſe ad eloquen
tiam accedere Craſſus inquit: niſi qui multarũ rerum pri/
us ſcientia inſtructus ſit. Exemplũ ſecũdi. Hanc uerã eſſe
ad bene beateq́ uiuendũ compendioſam uitã inquit So/
crates: ut tales ſimus quales apud alios iudicari uolumꝰ.

Genitiuus præponẽdus eſt dictionibus quibus ſubordi/natus eſt. Similiter fiat de datiuo.

Decimũ octauũ præceptũ. Quoniã genitiuꝰ in oratio/
ne rhetorica ſæpenumero occurrit: neceſſario tractãdus:
Eius igitur pertractandi ratio erit diligenter conſiderãda.
Genitiuus ergo præpoſtere collocetur: ut illis dictiõibus
quibus ſubordinatus eſt præponatᷣ. Concinnã ꝑfecto ſo/
noritatem importat/ & magno orationi clarius intelligen
di adiumento eſſe uidetur. De quo hoc tibi exemplum
deſcribo. Cũ Ciceronis ſcripta: quoꝝ innumerabiles cõ/
ſtant cõmoditatis oportunitates: eos ſemp plurimũ ob/
lectarunt: quoꝝ animus officioſis rebus ſemp fuit expoſi
tus. Non igitur mirum eſt ſi eius. M. T uolumina: a perga
menſi Caſparino/ accuratiſſimo quidẽ ſtudio fuerũt ꝑtra
ctata. Item Chriſti præcepta qui diligẽter obſeruãt: æter/
nam gloriã optime cõſequentᷣ. Ita etiam datiuus caſus in
compoſitiõe ornatæ orationis/ præpoſtere poſitus bonã
reddit ſonoritatem. ut Chriſto Ieſu qui ſe tradũt optimã

uiuendi rationem eligunt,&ceta.

Q ablatiuus temporalis in accuſatiuo ponatur.

Decimũnonũ præceptum. Q caſus temporales:qui a plæriſq; in ablatiuo collocari ſolebãt:ab oratoribus in accuſatiuo cõſueuerũt tractari: ut & melior fieret reſonãtia/ & efficacior conſtaret oratio. De quo hoc celeberrimũ ſequens poteſt uideri exemplũ. Ego enĩ multos annos excogitaui qua ratione hoc fieri poſſet:ꝙ omẽs chriſtianorum principes & poteſtates/iniurijs/odijs/& ſimultatib⁹ omiſſis/tanta eſſent amoris charitate cõiuncti:ut ex omĩbus ipſis tam ualidiſſim⁹ fieret exercitus.ꝙ ipſi maxima potẽtia fræti infidas gẽtes/atq; barbaras oppugnare poſſent: quæ huiuſmodi cogitatio mea quia tam honeſta & optabilis eſſe cõſtat:non ceſſabo dies nocteſq; mecũ animo ꝑuoluere: ſi quid fortaſſe cõducibile ex hac re poſſet elici. Q ſi aliqñ factum aut conſtitutũ eſſe uiderem:tũc uitæ cõmutatio ut mihi uideor moleſta mihi accidere non poſſet. Poterit ſimiliter accuſatiuus non tẽporalis in compoſitiõe oratiõis præpoſtere poni.ut exemplũ. Qui uere deũ diligũt/eorũ animas æternæ beatitudini cõſecrãt.

Ablatiuus oratiões dilucidat. & narrationũ breuitati eſt accõmodus.

Vicefimũ præceptum. Ablatiuus in cõcomitantia poſitus: tum oratiões plurimũ dilucidare uidet᷑. tum etiam narrationũ breuitati potiſſimũ eſt accõmodatus. Qui ablatiuus huiuſmodi ſæpenumero deducit᷑/aut a nominib⁹ proprijs hominũ locoꝝ & prouinciaꝝ/cum ablatiuis nominalibus & uerbalibus/aut participijs/aut adiectiuis diſtributiuis/& cæteris etiã poſitiuis/cõparatiuis/& ſuplatiuis/atq; ꝓnominib⁹ primitiuis & deriuatiuis/cõiunctis cum nominibus apellatiuis cognominibus/& uerbalib⁹ atq; participijs. De quibus hæc pauca exempla conſpice. ut Supioribus iam priſcis tẽporibus florẽte roma Numa Pompilio rege:reſpub. tunc recte regebatur: Verũ fluentibus annis Lucio Sylla &. L. Murena cõſulibus intercubã/

te. G. Mario nouo cõſule deſignato/ciuilis diſcordia cru/deliter inſanire cœpit: qua in longum nimis deducta/cõmunis ſalus ciuitatis: acerbiſſimũ eſt paſſa detrimentum: Deinde paucis annis potẽtioribus rerũ potitis: dominante luxuria nimia: exorta iam ambitione: imperãdi cupiditas cõualeſcere cœpit: Sed auctore Cicerone ſapientia in cõueniendis magiſtratibus/ & conſilijs adminiſtrandis/ ſuffragante repub. a direptionibus liberata eſt: Expulſo præſertim. L. Catilina/ & ſocijs oppreſſis. Item Imperante Octauiano autore deo patre: duce Ieſu chriſto: intercedente ſpirituſancto/ adiuuãte Maria/ fauẽtibus cælorum conſtellatiõibus/ om̃ibus etiam diuinis fatis cõſentientibus: ſalutifera claritas: lux diuinitꝰ/ nobis exorta eſt: Qua duce animas noſtras/ ratiõibus mũdanæ uitæ recte cõſtitutis/ æternæ fœlicitati cõſecrare ualeamus. Item Chriſto omniũ bonoꝝ ampliſſimo largitore: qui gratiaꝝ adiumẽta petiũt/ ut recte id egerũt aliqñ conſequi potuerũt. Item Studioſis equidẽ uiris/ ſedulo ſtudio libenter uſus ſum/ ut illuſtratus eorũ uirtutibus exaggerari ualeam.

In conſideratiõe accurata ſubſtantiuoꝝ quo ad eorũ uim & dignitatẽ adiectiuatiões idoneas/ proprias condignas/ adiungere debemus.

Vigeſimũprimũ præceptũ/ qđ eſt generale circa nomẽ & orationũ partes. uidelicet ſi ſubſtãtiua nobis tractanda cõtigerint ſiue ꝑpria ſiue appellatiua/ tam hominũ ꝙ mulieꝝ/ omniũ animaliũ/ atꝙ locoꝝ/ reꝝ/ & cæteraꝝ tam cæleſtium ꝙ terreſtriũ diligenter inſpicere/ & accurate conſiderare debemus: quæ ſit illoꝝ natura ſubſtantiuoꝝ/ quæ uis/ quæ dignitas/ quæ præſtãtia: quæ nobis cũ recte perſpecta/ & prudenter cognita fuerint: ea nos faciliter admonebunt: ut ſubſtãtiuis illis idoneas/ cõuenientes/ ꝑprias/ cõmodas/ & cõdignas nominũ uel participioꝝ adiectiuationes/ poſitiuas cõparatiuas ſiue ſuplatiuas adiũgere debeamus: quæ recte & cõcinne rei contractatæ eſſe uiden/

tur.ut etiam ſubſtantiuis in genitiuo poſitis/quæ alijs eti-
am ſubſtantiuis in regimine ſubordinātur addamus alia
ſubſtantiua:quæ ſibi cōmode & cōgrue addere ualeam⁹.
Addo etiam ꝙ aliæ cæteræ dictiōes aliarum partiū orati-
onis/eadem ratione ut nomina uel participia debent eſſe
rei de qua agitur cōuenientes.Quæ oīa ut clarius perci-
pi poſſint in ſequēti patent exemplo.Quoniam in.M.T.
Cicerone ſummo quidem & celeberrimo oratore/tanta
erat dicendi uis/eloquentiæ facultas/agendi ratio/tantæ-
q; eius conſtabāt orationis diuitiæ/ ut ſibi eſſet inſitum a
natura:ꝙ in ipſo eſſet acutum ingeniū/graues ſententiæ/
intenta memoria/atq; geſtus oratorius:oīa poterat ani-
mo percipere /memoria cuſtodire / rēpub. adminiſtrare/
& alia cætera gubernare:Erat etiam eius Ciceronis ſapien
ter ſuum in rebus agendis conſiliū applicare/mente pro-
uidere/oratione perſuadere/auctoritate probare:qui eti-
am amicorum ſaluti conſulebat/multorum inſolentiæ re-
ſiſtebat/hominibus uirtutibus præditis familiariter ute-
batur/bonos mirifice diligebat/uitijs deditos odioſe fu-
giebat:Omnia etiam ipſius Ciceronis in rempub.proui-
ſa prudenter/reſponſa acute/deliberata accurate/incepta
libenter:perfecta diligenter:gubernata moderate:acta cō-
ſtanter:adminiſtrata ſapienter eſſe conſtabāt.Omnia præ
terea benedicendi præcepta ab ipſo callidiſſime animad-
uerſa/ uerbis deſignata/generib⁹ illuſtrata /& partibus di-
ſtributa fuerunt: Omnes deniq; præſtantes philoſophiæ
rationes / ad bene beateq; uiuendum optime pertinen-
tes : Ab eodem Cicerone fuerunt prudentiſſime exco-
gitatæ/commodiſſime deſcriptæ/& diuinitus illuſtratæ:
Ergo ipſe Cicero diuina prouidentia inſtructus:excellen
ti ingenio præditus: ꝑſpicatiſſima omniū fortitudine ani
mi munitus:incredibili tēperātia decoratus: maxima in-
tegritate conditus:ſingulari modeſtia illuſtratus:integra
fide inſignitus:gratiſſima humanitate nobilitatus:clariſſi
mis morbius expolitus:omni recta uiuēdi inſtitutiōe cu-
mulatus:& cæteris præſtātibus uirtutibus exaggeratus.

Et huiuſmodi ſummis/excellentibus/diuiniſq; uirtutib⁹
eius/per oẽs totius orbis terrarꝵ regiões atq; partes cla
riſſimã nominis gloriã/& ampliſſimã uirtutum extimati/
onem ſibi celeberrime cõparauit.

Pronomina quæ & quãdo utenda ſint/& quæ & qñ nõ.
Viceſimũſecundũ præceptũ Circa ꝓnomina. Quoniã
ꝓnomina & ꝓprietatem quandam nominũ ſubintelligũt/
& ꝓmptitudinẽ magnã importãt/& demonſtrationẽ rerũ
& animorꝵ/& huiuſmodi adiectiua eſſe cõſtat quæ per ſe
in multis ac uarijs dicendi generibus locũ habẽt. Ex qui/
bus equidem ꝓnominibus quanq; multas in dicendo cõ
modas rationes elicere poſſemus: tamen aliq̃s uideo præ
ter cæteras diligẽti⁹ eſſe notãdas. Vna enĩ hæc ratio cõ/
ſideranda eſt. ꝙ iſtis genitiuis quinq; ꝓnominũ mei/tui/
ſui/noſtri/& ueſtri/minime uti debeamus: niſi cũ expreſ/
ſum ſubſtantiuũ habere non uideant. Qui ꝑfecto huiuſ/
modi genitiui abſq; ſubſtãtiuo expreſſe poſito tũc regun
tur ab huiuſmodi adiectiuo: qđ aut copioſam quandam
abundantiã importat/aut promptũ amorẽ uel odiũ ſigni
ficat/aut efficacẽ aliquã cupiditatẽ demonſtrat. ut in hoc
patet exẽplo. Cum Manfredus ſancinẽſis fidei amore ple
nus mei ſtudioſiſſim⁹ & tui amãtiſſimus: eius dignitatis
ego magis ſum auid⁹ q̃ ſui affines: ꝑ meas tibi litteras cu/
piat ſe plurimũ cõmendari: Ego autem amore ſui maiora
facerem: hoc a te peto ut ipſum Manfredũ tua benignita/
tis gratia recipias exornandum/hoc tibi ꝑſuadẽs neminẽ
te tui amantiorẽ eſſe habiturũ. Altera eſt cõſiderãda mo
nitio ꝙ hæc quinq; deriuatiua ꝓnomina me⁹/tuus/ſuus/
noſter/& ueſter/quanq; ꝑ ſe conſtet eſſe adiectiua. alia ta/
men etiam adiectiua ſibi idonea addenda ſunt/quæ illorũ
adiectiuorꝵ ſubſtantiua ita adiuuent ut eorũ ſubſtantiuo/
rum præſtantiã/aut dignitatẽ/aut amplitudinẽ/aut natu/
ram/aut cõuenientiã magis demonſtrent/ac longe clario
rem & magis promptã oratiõis ſententiam explicant. De
quo hoc te expediet exemplũ. Optima enim mea erga te
tuoſq; oẽs beniuolẽtiæ cõiunctio: præclariſſimæ tuæ tu/

orumq̄ uirtutes:ac ampliſſima tua in me meoſq̄ beneme
rita:efficiūt ut officioſa noſtra beneficiorū receptorū me
moria:immortalibus noſtris in nos officijs mutuo corre
ſpondere teneat. Ex quibus quidē duabus cōſideratio
nib⁹ habes:q̄ ꝓnomina primitiua atq̄ deriuatiua ad mul/
tiplicandas orationes plurimū ualent:& cōmode rhetori
cam exaugēt locutionē. De quo etiā ſequens tolle exem
plum. Eximia equidē illa tuæ liberalitatis amplitudo ex
qua me plurimū exaggeraſti:iure ipſo a me poſtulare ui/
det:ut nō ſolū res omnes meas:ſed etiam meipſum totū
pro omnibus tuis cōmodis & ornamētis exponere tene/
ar. Præterea ex relatiuis ſubſtantiæ & accidētis/noſtras
aut multiplicare/aut cōtinuare/aut uariare cōmodiſſime
orationes poſſumus. Quæ licet oratiōes ſine relatiuo pro/
ferri ſimpliciter poſſent:adiūcto tamē ſibi relatiuo/longe
fiunt copioſiores/longeq̄ aptiores. Poſſemus enī ſine re/
latiuis nude ac ſimpliciter oratione in hunc explicare mo
dum. Ego ꝓpter magnū in me Ciceronis amorē/& ꝓpter
inſignes Ciceronis uirtutes/atq̄ ꝓpt multa & magna ſua
benemerita eum plurimū diligo. Sed ex relatiuis ſubſtan
tiæ interpoſitis ſic multiplicari poteſt. Ego enim propter
magnū Ciceronis amorē:quem ſemper optimū fuiſſe co
gnoui:tum ꝓpter eius uirtutes quas celeberrimas quidē
& inſignes conſpicio:tū etiā ſua erga me benemerita quæ
ab eo quidē multa & magna recepi:eū ꝑfecto mirifice dili
go. Item ſine relatiuis accidentis nude & ſimpliciter ſic di
ci poſſet. Cum Marcus Cato ſuæ patriæ multa quidē ege
rit:non igitur īmerito ipſum bonū ſemꝑ ciuem fuiſſe dici
mus. Quæ oratio ex relatiuis accidētis ſic multiplicatur.
Cum talē Marcus Cato romanæ reipub. ſe ciuem ſemper
præſtiterit:qualem benemerite reſpub. habere deſiderāt:
tantaq̄ benemerita in patriā ſuam cōtulerit:quāta rectus
ciuis iure ipſo cōferre debet:totq̄ pro eorum ſalute peri/
cula perpeſſus fuit:quot alius quiuis ſolitus eſſet ſuſtine/
re:non igitur īmerito omnes Catonē ipſum bonū uirum
& optimū iudicare poſſunt. Relatiua etiam accidētis/ut
ſunt talis/tantus/tot/& his ſimilia multiplicant orationes

cum poſt illas orationes ex huiuſmodi relatiuis cõfectas neceſſario ſequit illa coniunctio infinitans ut/uel/ꝙ/aut ſua correſpondẽtia:ut q̃lis/quãtus/quot/& ſimilia. Quæ cõiunctiones uel relatiua ſint alterius ſequẽtis orationis principiũ/& ſint cauſa ꝙ aut una alia oratio/aut plures etiam oratiões ſubſequant. ut in his patet exemplis. Numa Pompilius romanorũ rex officioſiſſim⁹: talẽ ſe reipub.gubernationẽ præſtitit: tantũ romanæ patriæ adiũxit: totq; romanis ciuibus beneficia cõtulit: ꝙ uniuerſa romanoꝝ patria ĩmortales ſibi grates referre tenet.

Qꝫ inter relatiuum qui/quæ/ quod/ & ſuum antecedens uerbũ interponat: aut ab ipſo relatiuo oratio incipiat.

Viceſimũtertium præceptũ ſimiliter circa ꝓnomina ſume. ſcilicet ꝙ hoc relatiuum qui/quæ/quod/non cõſtruatur ĩmediate cum ſuo antecedente: ſed inter relatiuũ & ſuum antecedẽs uerbum interponat aliquod: ut Homines diligo qui paci ac ſtudio uacãt. Similiter interdum a relatiuo incipimus orationem nullo antecedẽte expreſſo. ut Quæ tua humanitas eſt maioꝝ beneficiorũ/rationẽq; iniuriarum habebis. Nec ſolum in caſu recto: ſed in ablatiuo etiam hac dicendi ratione nominum uiri q̃ elegantiſſimi uſi ſunt. ut Qua cum prudentia ſemper extitiſti nunq̃ dubitatur/omnia te prudẽter conſultoq; facturũ. Hoc autem relatiuũ is/ea/ id/ĩmediate poſt ſuum antecedẽs collocetur. ut. P. africanus is qui carthaginem magna ſperantem/leges romanorũ coegit accipere: om̃es ſummos bellorum duces laude gloriaq; anteceſſit.

Verba qualiacunq; in fine orationis ſunt locanda/ut animus legentis meliori intelligẽtia acquieſcat.

Viceſimũquartum præceptũ circa uerba erit neceſſarium. Animaduerti enim q̃ plurimũ in compoſitiõe dilucidandi ſtili hoc præceptum eſſe diligenter obſeruandũ: ut fini noſtræ orationis uerbum aliquod ꝑſonale uel imperſonale/ſiue finitum ſiue infinitũ: aut actionem aut paſſionem ſignificans: ſit collocandũ. Nam queadmodũ qui uias faciens cum multũ ambulauerit diuerſoriũ uideat: ubi

Quadrageſimūſextum præceptum ꝙ in re læta uerbis triſtibus/aut in triſti uerbis lætis minime utamur. Vitioſum enim eſt ſi in re funerea ſimilitudinibus & exemplis/quibus in uoluptatibus & delitijs utimur/noſtros affectꝰ applicamus. uelut ſi quis in deploratione filij exēplū afferat parentū/quomodo ex nuptijs filiorū cæteriſq; rebus ſecundis maximā conceperūt uoluptatem. Nam contrariorum cōparatione acerbior pœna inſurgeret. Cauendū eſt etiam ne in re triſti nimis laſciuiat oratio: aut in re læta inculta ſit & horrida. Nam in rebꝰ duris ſtilus uerboꝝ exquiſitus fugiendus eſt: ita in ſecundis & fœlicibus obſeruatio diligens eſt habenda. Satius enim eſt perturbata potius ꝑut doloris impetus ſuadet/q̃ limata nimis atq; expolita compoſitiōe uti. Nō equidē natura ipſa patitur/ut cum graui aliquo mœrore præmimur/ uerboꝝ cōpoſitioni uacare poſſit animus. Vitatur inſuper ab oratoribus accurata compoſitio uerborū/quādo eloquētiam auditoribus ſuſpectam eſſe intelligimus: tūc enim præcepta compoſitiōis negligēda ſunt. Quod pro Lelia Damicius Afer de induſtria fecit nō terminādo orationē in uerbū. dum inquit apud iudicem periclitat̃ Lelia: Fugiēda quidem eſt nimis delicata modulādi uoluptas nōnunq̃. Si uero noſtra oratio ad aliquam cōcitationē animoꝝ quæ ſit uehemens inclinabit/cōmodiſſime in uerbum aliquod finietur. Magis enim auditoꝝ animis ſi in uerbum finitur oratio infigitur. Caput autē omniū quæ ad elocutionis præcepta attinēt illud uiſum eſt: ut omīa ad rerū de quibus loquimur dignitatem accōmodata ſint. Recte itaq; Mecenatis illa minime laudatur cōpoſitio cum inquit. Sole & aurora rubēt plurima. Nam uerba rebus/nō res uerbis accōmodare ſolemus.

De figura parentheſi interpoſita anteq̃ ad uerbum princi
pale orationis perueniat.

Quadrageſimūſeptimū præceptū. Q; interdū poſt ora
tionem inchoatam priuſq̃ ad uerbum principale perueni
tur/interponat oratio imperfecta uim habēs parentheſis:
ut in hoc exemplo. Omnes qui ambitiōi & gloriæ ſtudēt
(id quod ignorat nemo) opinione magis q̃ ueritate redu
cuntur. Et his ſimilia. ut Ego uero is ſum (ita me deus ſal/
uum uelit) ſi uere & non ficte loquor) Is inq̃ ſum: q ſacras
litteras omni ſcripturarū generi longe anteponam. Item
Legalem tibi ſapientiā (a teneris ut aiūt annis cui frequēs
inſudaſti) ſummopere dedicaſti. Item Quid enim triſtius
(ut eos cōmemorem qui patrias ſuas colūt) quid miſera/
bilius q̃ domi ſuæ agere/atq̃ ita agere ut iocūdiorem ali/
quādo q̃ uitam mortē optes. &cetera.

De ratione numerorum.

Quadrageſimūoctauū præceptū. Nunc ſupeſt ut de ra
tione numeroꝝ dicamꝰ. & hoc tibi q̄drageſimūoctauū in
ordine cōſtituo præceptū. Quæ quidē de numeris ratio
apud yſocratē tanto ſtudio uel inuēta uel aucta reperit: ut
nullā ex omib⁹ elocutiōis partibus huic anteponat. Sed
cum huiuſmodi diſciplinæ præcepta uaria ſint/nec latini
oratores ſeu autores: ut Cicero/Quintilianus/& Marcia/
lis/in hoc græcorum doctrinam ſemper ſecuti fuerunt/&
magna ſit inter eos cōtentio/in hoc fimbrias nō dilatabo
meas. Sed illud ſcias/uelim ꝙ in hac præceptiōe illud ob
ſeruare ſtudemus: ut ſi in monoſyllabā terminatur oratio
(quod raro fit) ubi pfectus ſenſus ab oratore ſeruat: ibi cō
ſiderandū eſt utrum ea longa ſit an breuis. Si longa eſt: eā
præire Trochæus debet qui duabus ex ſyllabis cōſtat/lō Trochæus.
ga ſcilicet & breui: ut in hoc Ciceronis exemplo. Longū
in rempub. prima uox. Q; ſi talis monoſyllaba dictio bre/
uis fuerit/tunc recte iambus qui eſt pes ex prima breui & Iambus.
ultima longa conſtās ante illam collocat. Sic ergo qn̄ bre
uem breuis ſyllaba/aut longam longa antecedit/iure id re
prehenditur. ut ſi dicas Iſta res mea eſt. Cum autē diſſylla/

bum in fine oratiōis ponat᷑/cauendū eſt ne quattuor bre/
ues in fine ſyllabæ ponantur. In qd᷑ uitium incidit qui ait.
Prodidi bona mea. Et plures aliæ a pluribꝰ in materia nu/
meroꝝ ponuntur doctrinæ:ſed certe referēda eſt ratio nu
merorum:tum ad uarios animoꝝ affectus:tum etiam ad
dignitatem & modum ſententiarū. Nam quæ iracūda eſt
oratio breuioribus:quæ uero læta & iocunda longioribꝰ
numeris gaudet. Non nihil etiam perſonarum dignitates
cauſarūq; ac temporū uarietates momēti affert. Sed quo/
niam ab hac obſeruatione ſæpius ac induſtria recedendū
eſt uel grauitatis cauſa:uel ut uarietate aliqua temperetur
oratio:ſplendor ille numeroꝝ intermittendus eſt. Caput
enī omniū præceptorū illud uiſum eſt:ut rebus de quibꝰ
dicendum eſt/ars quidem numeris ſeruiat: & nō res arti.
a qua ratione qui diſcedet:omnis ſane elocutionis digni/
tatem perturbabit. &ceta.

De modo punctandi.

Quadrageſimūnonum præceptū circa modū punctan
di orationes tibi trado. Sunt autem generales punctandi
ſpecies apud modernos octo. ſcilicet uirgula recta:ſcilicet
ſic/loco cuiꝰ more priſcoꝝ exiguo pūcto utimur ſic · Vir/
gula iacēs quæ ſic eſt – Virgula cōuexa quæ ſic fit) Planꝰq
ſic eſt. Semipūctꝰq ſic eſt |-| uł ſcd᷑m alios ſic · · Interrogati
uus qui ſic pingit᷑ ? Coma quē ſic facimꝰ ſcd᷑m imitatores
priſcorū oratorum :/ Periodus qui ſic eſt ; Virgula recta
loco cuius nūc punctum exiguū facimus/fit inter ſubſtā
tiua uel adiectiua: uel inter uerba modi finiti uel infiniti:
uel inter præpoſitiōes quādo nulla eſt copula:ita tamē ꝙ
unū non ueniat ad determinationē alterius. Fit etiā quan
do oratio incipit a diſtinctione quæ per ſe non poteſt aſſi/
gnari ſequenti ſuppoſito & uerbo principali:tunc enī an/
te ſuppoſitū principalis uerbi ponit᷑ uirgula recta/uel pun
ctus exiguus· Iacens uero uirgula ſemper debet in fine li/
neæ ſituari ubi dictio non ſit completa. Vnum illud aīad/
uertendum eſt/ne ſyllaba unq̄ diuidatur in fine lineæ:ita
ꝙ altera pars ſyllabæ eiuſdē ſit in principio ſequētis. Nam

ſicut ſyllaba uno ſpiritu eſt inſtanter proferenda: ita etiam indiuiſibiliter eſt ſituāda. Virgula autem cōuexa poni debet & in principio/ & in fine orationis: quando ponit̄ inter partes principales per parēthesim. Coma uero fit poſt orationem quæ de ſe perfecta eſſe poteſt/ Cæteꝝ ſi alia ſibi annectitur imperfecta diſtincta incipiens a relatiuo: dūmodo ſuum antecedens non immediate præcedat: quoniam nihil tunc poni debet. Præterea ſi ſequatur dum uel donec: uel cū cōiunctio: & ſic de alijs quæ impediūt uerbum. Interrogatiuus duobus poteſt fieri modis. Altero poſt imperfectam orationem cum puncto exiguo ſic: Altero poſt perfectam ſic! Planus punctus fit in fine oratiōis perfectæ: tametſi dictatoris animus ad ſequentem ulterioremq; ſententiam pendeat. Semipūctus autem fieri ſolet quotiens uiri uel mulieris nomen ignoratur: uelut in ſubſcriptiōibus prælatorum ſæpenumero cōtingit I·I Periodus uero in fine totius orationis fieri debet: quādo nil aliud in ea materia ſequitur; Sed eſt notādum ꝙ ſi in eadem epiſtola diuerſæ ſcribuntur materiæ: in fine cuiuſlibet earum ſeruādus eſt periodus; Omniū horum exempla oratione in ſequēti ſubijciunt̄. Quoniam improborū in dies magis inualeſcit nequitia (nec mireris quia principes fauent ſceleri) Hinc nihil mirū eſt innocentes calcari: cū potētes tranſeant impuniti/ Quis enī poteſt eſſe modus facinori/ languente iuſticia/ inflagrāte nequitia/ in uirtutis locū ſententia cōſtituta! Non itaq; ambigendū eſt/ uirtuoſum & ſpectabilē uirum dominū I·I abbatem noſtrū ſummo dolore confici;

De rhetoricæ coloribus.

Quinquageſimū & ultimum in ordine præceptū circa uerboꝝ exornatiōes ſiue colores rhetoricales tibi tradere conſtitui: a Cicerone quarto libro rhetoricoꝝ: & pluribus illuſtrib9 oratoribus traditas & enumeratas: qꝫ longum eēt ac faſtidioſum aliqua cōprehēdere norma: Idcirco aliq̄s ex eis numero: ſcilicet. xxv. uel circit̄: ꝑ elegantia quædam carmina tibi impræſentiarū uolo cōmemorare. Quæ quidē carmina in hūc ſequūtur modū.

Repetitio. Principijs repete uocem repetitio fiet. Tu mihi lex/mi hi rex/mihi lux/mihi dux/mihi iudex. Te colo te cupio te diligo te peto chriſte.

Cōuerſio. Si circa finem cōuerſio fiet ibidē. Tu ſolus deus es/bo nus es/ſapiēs es/pius es. Qui trā portas/mare portas/ſy/ dera portas. Quē mare terra po? nequeūt portare uel aer.

Complexio. Si facis utrūq; fiet cōplexio uere. Qui ſunt qui pugnāt audacter? andagauēſes. Egregios igitur liuor neget anda/ gauenſes.

Traductio. Miſce per caſus uocem traductio fiet. Si nihil in uita io cundius eſt tibi uita. Indecorē uitā pages uirtute relicta.

Cōtentio. Si dicas cōtraria tunc cōtentio fiet. In luctu rides/inter cōuiuia luges. Mane petis lectū/dimittis ueſpere tectū.

Exclamatio. Sæpius exclames ſic exclamatio fiet. O quibus/o quā tis/o qualibus es uiduata.

Ratiocinatio Si quæris aliquid: ſtatimq; tibi rationē Subiungas: ſup hoc ratiocinatio fert. Diues auarus æget: quare? quia cō/ petit uſus. Tangere parta timet: cur? ne minuat aceruus.

Sententia. Aſſignes de quo ſit id qđ oporteat: aut qd Debeat in/ de ſequi: ſententia dicit illud. Cui ſatis eſt qđ habet/ſatis illum conſtat habere. Ergo facit uirtus/non copia ſuffici/ entem. Et non paupertas uitiū: ſed mentis ægentem.

Contrariū. Hoc tibi cōtra fit quod per cōtraria firmas. An metuas ægrū/quem ſanū deſpiciebas. An ſoli cedas quē cum ſo/ cio ſuperabas.

Articulus. Articulus fiet ſi ſit diſtinctio uocū. Solus/inermis/in/ ops/inglorius inde rediſti. Ferro/peſte/fame cōſumptus es: atq; periſti.

Similit cadēs Cōſimiles cadere facit cōcordia uocū. Fac tibi fortu/ nam feſtinā fingere lunam. Et contra fatum faciet te cura beatum.

Agnomiatio Agnominatio fit ſenſus uariuſq; ſimul uox. Curia/cu/ rarum genitrix nutrixq; malorum. Iniuſtis iuſtos/inhone ſtis æquat honeſtos.

Subiectio. Quæq; rei cauſam: cauſamq; rei meditare. Subijce: poſt qđ non ita ſit ſubiectio fiet. Quæ tibi cauſa uiæ? nūquid ti bi flagra dabant? Nūquid forte fames? ſemper tu fercula

habebas. An labor? at ludo: ſomnoq; uacare ſolebas.

De uoce in uocē deſcende gradatio fiet. Hic quācunq; uidet/cupit: & quācũq; cupiuit/Allicit: allectā uitiat/prodit uitiatam. Gradatio.

Diffinitio fit ꝓprie monſtrare quid eſt res. Prodigus ut largo: ſic parcus diſtat auaro. Prodigus eſt animi uitio retinenda ꝓfundens. Largus qui ſumptũ facit ex ratiōe libēter. Parcus qui retinet quicqd non poſtulat uſus. Qui retinet cupide qđ res depoſcit auarus. Diffinitio.

Cōtinues dicta/dicendis tranſitio ſit. Audiſtis qualem ſe præſtitit iſte parēti. Nunc qualis fuit ipſe parens audite uiciſſim. Vt dignus nec patre queat: nec ꝓle uideri. Tranſitio.

Corrige qđ dictum prius eſt correctio fiet. Ex quo ſemper amas imo uariaris amore. Sum nimis oblit⁹ indecoris imo decoris. Correctio.

Occupat hic cum quid tranſire parat nec tranſit. Prætereo/cedes/piuria/furta/rapinas. Tedia forte darem ſi uobis iſta referrem. Occupatio.

Diſiunctũ ſi quæq; ſuũ fert clauſula uerbũ. Roman⁹ populus gallos ſub cæſare uicit. Sub duce Pompeio meditata regna ſubegit. Hānibalis uires Scipionis noīe fregit. Diſiūctio.

Præcedens ſimul atq; ſequēs oratio ſolo Clauditur ut uerbo coniunctũ ſic habet eſſe. Aut ætas formæ decus atterat aut ualitudo. Cōiunctio.

Nō interponas uerbũ/ponas prius aut poſt. Adiunctũ facies uerſuſq; ſequēs manifeſtat. Morbo ul' ſenio formæ decus euacuarat. Extinguit ſpeciē ſeu morb⁹ ſiue ſenect⁹. Adiunctio.

Conduplicatio fit oratio cōduplicata. Tu ne patrē gladio crudelis Nero necaſti? Tu ne patrē? nũquid mors patris mors tua? nũquid? Conduplicatio.

Cōmutatio fit uerbis ſententia uerſa. Nulla tacenda loqui/uel nulla loquēda taceri. Quis ſapiēs iubeat? quiſue iubens ſapiat. Cōmutatio.

Quære nec elige quid poti⁹ dubitatio fiet. Tu quis es ignoro: quo te quoq; nomine dicam Neſcio: ſi dicā ſpurciſſime nō erit æquũ. Si ſcelus appellem nōne es deformior: an ſis Nequior ignoro: nũc hoc mihi/nũc placet illud. Dubitatio.

Præciſio. Concipe/cõceptũ cela/præciſio fiet. Te non eſt æquũ certamen ponere mecũ. Nunquid ego recolo: ſed tu/ſed dicere nolo.

Non eſt dubiũ uir illuſtris/quin longe plures in dicendi ſtilo præceptiões deduci poſſent/q̃ hoc loco a me deſcriptæ ſint: Sed ego eas dũtaxat denotaui/ex quib⁹ omnes tuas dicendi ratiões ex idonea/ornata/cõcinna/atq; cõmoda elocutiõis cõpoſitiõe cõtexere poſſis. Et plura tibi deſcripſiſſem exẽpla: niſi optime mihi pſuaſiſſem: q̃ cum tu unius exempli ratione & formã diligẽter cõceperis/reliqua faciliter animo percipere: & exercitatiõe ptractare poſſis. Accipe igit̃ pro tua clemẽtia princeps illuſtriſſime quæ illuſtriũ ſunt autorꝝ monitiones & præcepta. & qua diligẽtia/qua exercitatiõe/quo labore/quibus deniq; uigilijs Aeneas tuus/tui ſemp obſequẽtiſſimus: in huiuſmodi deductiõe & ordinatiõe præceptorꝝ/rem tibi ut faceret gratiſſimã intẽtus fuerit: & ſummope inſudauerit: pro tua accuratiſſima prudẽtia: fac cognoſcas;

Secundus tractatus.

C Vm ſupiori tractatu princeps illuſtriſſime tibi breuiter abſoluiſſem qua ratione/qua forma/ & quo ordine cõmoda/idonea/& reſonans cõtexi poſſet oratio: Nunc aũt mihi in mentẽ uenit nõ eſſe incõmodum aliquas etiam tibi uariatiões & ſentẽtiarꝝ ſynonyma: quæ ab inſignibus oratoribus Stephano Fliſco Sancineſi: & Caſparino Barçiçij pergamẽſi datæ ſunt demõſtrare: Quæ uel ad cõiungẽdas partes rhetoricæ orõnis & argumẽtatiõis plurimum ualerẽt: uel ad eas ſatis exaggerãdas & corroborandas admodũ cõduceret ac expediret. Quas quidẽ uariationes/& cõmodius & cõdecentius eas inuenire poſſis/que ſunt Exordiũ/Narratio/Diuiſio/Cõfirmatio/Cõfutatio/Cõcluſio: eoſdẽ Stephanũ Fliſcũ & Caſparinũ pergamenſem uiros ſane celeberrimos: & rerꝝ tractandarꝝ admodũ utiles: imitãdo ordinare: ut facili⁹ cum illis uti uel/

les/tibi ſuccederēt & occurrerēt. Tibi ergo imprimis eas exordiendi ratiōes/& uariatiōes quæ circa amorē ſunt & beniuolētiā deſcribere curabo: quib⁹ intercedētib⁹ innumerabiles pene alias/tuipſe ex imitatōe inuenire poteris.

Exordia circa amorē & beniuolentiā.

Deus in primis ꝓpoſito noſtro Amē. Amor enī noſter uir illuſtris ſcholaſtica apud gymnaſia int̄ nos initus/me monuit ut hui⁹ opis ordinationē ad te inſcriberē: Effecitq; ut me totū tāq; teipſum poſſidere poſſis: Vellem itaq; fortuna tuliſſet/ut mutua eſſet inter nos beniuolētiæ coniunctio.

Noſtram conſuetudinis familiaritatem ſempiternam eſſe cupio.

Vetuſta noſtra noſtrorūq; maiorū neceſſitudo/facit ut alter altero familiariter uti poſſit: Nihil enim mihi inuſitatum declaras/cū tuā mihi amoris charitatē demōſtras: Vt ꝙ una certemus qua ratōe alter alterū beneficijs ſuperare poſſit. Nihil enim. ut ꝓxime: & cet̄a.

Diuino quidem auxilio factū eſt: ut me tibi beniuolentia cōiungerem.

Cæleſti arbitror auſpicio eſſe factum/ut tuæ me familiaritati adijcerem.

Nulla enim locoꝝ longinquitas & diſtantia poſſet amorē noſtrum īmutare.

Nulla temporis interpellatio amicitiā noſtram īmutatam reddere poſſet.

Lampertū de quo mihi ſcribis: etiam ſi ab eo læſus eſſem amore tuo amandū ſuſcipiā ac ornandū.

Tuam erga me beniuolentiā aperte expertus ſum.

Tuam erga me gratificandi uoluntatem recte cognitā habeo: quoniā uoluntatē tuam bonā ſemper eſſe ꝑſpexi.

Tuā mihi familiaritatē cōiungere deſidero.

Sententia tua quam ego ſimplicem & apertam ſemper fuiſſe cognoui/facit plurimum ut optem una tecum amore cōiungi.

Tanta eſt mea erga te amoris magnitudo: ut in te amādo tibi neminem anteponā.

Summo enim amore te complector.
Vide quãta ſit Terẽtij liberalitas.
Vide quãtũ ſit Terentius officioſiſſimus.
Pamphilus ſummo erga me officio ſemꝑ uſus eſt.
Soſia ſemꝑ ſe mihi facilẽ præſtitit.
Simo ſe mihi ſemꝑ eloquẽtiſſimũ obtulit.
Quæ ꝑ me egiſti gratiſſima mihi fuerũt.
Quæ ꝑ nobis ornaſti: totæ nrẽ familiæ fuerũt ꝓbatiſſima
Quæ ꝑ meis rõnib⁹ ꝑtractaſti/fuerũt mihi acceptiſſima.
Amicitia noſtra quæ ſummis officijs ab utroq; culta eſt: hoc demeret᷑ ut oĩa noſtra int᷑ nos cõmunia eẽ debẽt.
Colligatio noſtræ ſocietatis quæ maiores in dies uires ſuſcipit: ꝓ ſuo iure merito depoſtulat ut nihil inter nos denegari poſſit.
Accurata tui conſilij ſapientia facit ut te mihi præcipuum teneam.
Semper te in cõſilijs capiendis uirũ ſumma ſapientia præditum exiſtimaui.
Semꝑ te in cõſilijs adminiſtrãdis optima fide ac religiõe inſignitum iudicaui.
Semꝑ te in omni recta uiuẽdi ratione ſingulari prudentia comparatũ eſſe cognoui.
Grauiſſimũ ego ſemꝑ iudiciũ ex tua ſapiẽtia feci.
Maximam ſemper ego exiſtimationem de uirtutib⁹ tuis mihi concepi.
Quoniã in agenda uirtute te primariũ eſſe cõſpicio/uehementer deſidero ut noſtræ ſocietatis moderator fias.
Quoniã te uirũ ampliſſima uirtute præditum eſſe concerno: exopto ꝙ̃ ſummope oĩb⁹ meis te orõnib⁹ adiũgere.
Honor enim qui ex ſcientijs celeberrimus cõparat᷑ te plurimũ adhortari debet ut eas maximas cõplectaris.
Dignitates quas ſolẽt ſtudia literaꝝ hominib⁹ afferre/maximũ debent tibi eſſe incitamentũ: ut diligentiſſimam ipſis ſtudijs operam adhibeas.
Iuſticia qua ſemꝑ apud omnes uſus es: facit ut optime de te ſperare poſſim.
Honorifica atq; laudabilis tuæ uitæ gubernatio/facit ut

uirum te bonū & iuſtum exiſtimem.
Integra enim atq; optima uiuēdi ratio/ facit ut hominem te purū: ſincerum: æquū: innocentē iudicare ualeam.
Ex tuis litteris mirificū tuū erga me amorem recognoui.
Tuæ mihi litteræ qua me beniuolētia colis declarauerūt.
Tuarum enim ad me litterarū uiſitatio diligens/ tuam erga me memoriā ſignificat.
Tuæ enim litteræ quæ ad me frequenter deferūtur/ſatis magnū tuæ uigilātiæ argumentū declarāt.
Litteræ tuæ mihi delatæ/ſunt tuæ uitæ inſtitutiōis conſimiles: plenæ prudentiæ: cōſilij: ꝓuidētiæ: ſapientiæ.
Iocundiſſimæ fuerūt mihi litteræ tuæ.
Amātiſſimæ tuæ litteræ amplum mihi gaudij cumulum attulerunt.
Magnam profecto iocunditatē ex tuis litteris cœpi.
Tuæ litteræ ualde mihi graues & elegantes uiſæ ſunt.
Reddite mihi fuerāt tuæ litteræ.
Ex tuis litteris intellexi: cognoui: ſuſpicatus ſum: didici: animaduerti: iudicaui.
Ex tuis litteris doctus: admonitus: adhortatus ſum.
Ex tuis litteris doctior: prudentior: certior factus ſum.
Breuitas enī ad me tuaꝶ litteraꝶ admonet/ut ego quoq; ad ſcribendū breuior eſſe debeam.
Cum te in ſcribēdo breuē eſſe uideā/breuiorē etiā me ꝙ̃ ſolebam eſſe debere cōſtitui.
Quod caput fuit epiſtolæ tuæ/ad id potiſſimum reſpondebo.
Quod potiſſimū tuæ orationis argumentū eſſe uidetur/ ad id præſertim ratiōes meæ defenſionis applicabo.
Vix potui tibi ſcribere ſummis occupatiōibus impeditꝰ.
Quærenti mihi quid ad te potiſſimum ſcriberem: illud in mentem uenit ut ad uirtutes te plurimū adhortarer.
Couſiderāti mihi quid tibi litteris ſignificare deberem: illud occurrebat ut ad ſtudia bonaꝶ artium te uehementer incitarem.
Si de tua erga me uoluntate dubitarē/pluribus uerbis ad te ſcripſiſſem ut ratiōibus meis inſeruires.

Si de noſtra amoris cōiunctione ſuſpicarer/longiori qui/
dem oratione ad te cōtenderem·ut te mihi accommo/
dares.
Tuas mihi litteras detulit Popiliꝰ plenas diſcordiæ/teme
ritatis/ſuperbiæ/crudelitatis.
Tuam legi epiſtolam delirãtem/ignominioſam/moleſtã/
facinoroſam.
Epiſtola tua fallentibus litteris mihi delata eſt.
Litteræ tuæ incōſtanter loquẽtes mihi reddite ſunt.
Quem ſtatum retineamus ex his litteris cognoſces.
Quæ tibi explicaturus ſum/ita cōmoda ſunt ac utilia/ut
maxime debeas ea tibi cōparare.
Expecto enim ſummo cum deſiderio/ut a tãtis moleſtijs
in quibus quotidie uerſamur aliquãdo liberemur.
Illud tandem mihi euenit/quod ſemper mihi maxime fu/
it adoptatum.
Illud mihi tandẽ oblatũ eſt qđ ſemꝑ optaui.
Quod diu uehementiſſime deſideraui/id mihi hodierna
die fœlix fortuna detulit.
Catonem tuo ad me nomine profectum uidi certe liben/
tiſſime.
Improbitatem aduerſariorum credo te iam diu cogno/
uiſſe.
Quãta ſit noſtrorũ inuidorum iniquitas/minime te fugẽ
re exiſtimo.
Deus Dauo malefaciat omniũ hominũ nequiſſimo.
Deus Sabinũ perdat hominũ ſceleſtiſſimũ.
Inuidoꝝ detractiōibus pari uoce reſpōdere licitũ eſt.
Quod homines nocere mihi debent/cauſam nō habent.
Qꝫ quiſq̃ mihi detrahere debeat/nulla quidem iuſta cau/
ſa ſibi oblata eſt.
Qꝫ me homines iniurijs proſequant̃/id profecto ſine cau/
ſa facere uidentur.
Ineptiorem ꝑfecto Dionyſio neminem uidi.
Inſanior cæteris hominibus noſter uidetur eſſe Carinus.
Maxima aeris perturbatio/adhuc prohibet ne ad te acce/
derem.

Imbres & uenti causa fuerunt/ne tabellarios tibi mittere potuerim.
Compellunt me tuæ uirtutes / ut tecum maxime lætari uelim.
Gaudeo plurimū te de me recta ſentire.
Lætor maxime meam uiuendi rationem tibi probabilem uideri.
Acceſſio tui magiſtratus ſummam mihi affert oblectationem.
Amplificatio tuæ dignitatis eſt mihi plurimum iocundiſſima.
Gratulor fortunæ tuæ: uirtuti tuæ: pſpicacitati īgenij tui: magnitudini animi tui: fœlicitati tuæ.
Virtutibus enim tuis adducor me tecum plurimū gratulari debere.
Q; me amas eſt mihi uehementer gratiſſimū.
Familiaritatis affinitas quā mecum officioſiſſime cōgelaſti/maxime mihi uoluptati accedit.
Non habeo quas merito tibi gratias reddere poſſim.
Non reperio quidem/quib⁹ rebus parem tibi gratiam referre queam.
Non eſt idonea mihi conceſſa facultas: ut merito tibi gratificari ualeam.
Ea eſt mihi derogata poteſtas ex qua me tibi beneficiorū memorē demonſtrare poſſem.
Nulla ſatis cōmoda ē mihi oblata oportūitas: ut uirū me tibi officioſiſſimū præſtare queam.
Magnas tibi gratias dico.
Ampliſſimas tibi gratias habeo.
Immortales tibi gratias ago.
Condignas tibi gratias agere ſtudeo.
Merito gratias referre nitor.
Ago tibi gratias cum pudore/cum tua ſumma in me officia rem potius q̄ uerba deſideret.
Non tibi libenter uerbis gratias ago/cum præſertim ampliſſima tua in me benemerita rerum effectum non gratiarum actionem depoſcant.

Corripior uerecūdia tam uili uerborum munere tibi gra/
tias agere: cū īmortalia tua in me benemerita rē ipſam
demereantur.

Iam uero ago tibi gratias: Cui enim re non poſſum refer/
re gratiam/huic uetbis non patit̄ ſatiſfieri.

Magnam habeo Ciceroni gratiam/ qui mihi cauſam de/
dit te amandi.

Lentulo meo ſummas teneor grās agere/qui initiū aperu
it me tibi cōiungendi.

Volutio maximam debeo gratiam referre/qui familiarita
tem cōſequēdi tuam materiā mihi obtulit.

Quoniā in oībus diebus meis mihi præſidio ſemp eſſe
uoluiſti: idcirco parem tibi gratiā referre ſtudeo.

Quoniā in oībus meis agēdis cauſis ſummū mihi tuū
adiumentum præſtitiſti: ideo ſuffragatiōis tibi uicem
præſtare debeo.

Quoniam omnibus meis rationibus te ſempet libentiſſi
me accōmodaſti: idcirco mutuā tibi officiorū actionē
nitor retribuere.

Omnes enim ratiōes ꝑſcrutor/ut ꝓ tuis in me meritis/ti/
bi merito gratificari poſſim.

Omnes etiam uias excogito/ut ꝓ tuis in me officijs uirū
me beneficioꝝ memorē cognoſcere poſſis.

Nullum ꝑfecto locū prætermitto ut pro ſumma tua libera
litate parem tibi beneficiorum gratiam referre ualeam.

Cum præſidio mihi opus eſt tuo/id libenter a te peto: ſed
multo libentius ꝓ tuis in me officijs tibi gratias ago.

Ego libenter meis te rationibus adiūgo: ſed libētius tibi
meū officium præſto.

Tuum mihi auxiliū libenter expeto: ſed libentius parē ti/
bi gratiam referam.

Non me præterit tm̄ pro cōmodis meis te ſemp laboraſ/
ſe/ut etiā ꝓ tuis ornamētis teneor uehemēter inſudare.

Molitus enim pro me tantoꝑe fuiſti/ut ego quoqꝫ pro te
maximoꝑe conari debeam.

Satis enim mihi conſtat ꝙ te ꝓ rebus meis ſtudioſiſſime
exercueris: quæ res me merito adducit ut etiā ex toto

uigilantiſſime me præſtare debeā.
Mandatū tuū curabo ut debeo diligenter.
Tuū negociū ago ut teneor ſtudioſiſſime.
Tuam cauſam queādmodū es demeritus/ad me recipio defendendam.
Omnes oratiões tuas ut mihi onus incumbit omibus uiribus ſuſtinebo.
Studiū enim meū nunq̃ eſt tibi defuturū.
Mea enim fides nullo tibi loco deficiet.
Ego nullū meū unq̃ tibi officiū denegabo.
Sum quotidie curioſus quid in rebus tuis agam.
Dies enim ac noctes diligēs ad inueſtigandū ſum/quā rerum conditionē poſſideas.
Quanto ſtudio cauſam tuam onmibus in locis defenderim/omnes tui declarabūt amici.
Quantā enim diligentiā pro dignitate tua ubiq̃ defendēda adhibuerim/ex tuis omnibus certior fieri potes.
Quo enim animo: qua cura: qua diligentia: quaue cōtentione rationes tuas in omni re curauerim/omnes tuos ad te ſcripſiſſe arbitror.
De meo ſtudio erga ſalutem tuam credo te cognoſcere.
Quæ ſit mea pro tua uoluntate uigilantia/exiſtimo te intelligere.
Quantū pro te conſeruando laborem deſumpſerim/arbitror te non ignora e.
Ardentiſſimū tuæ gloriæ amplificatorem/me ſemꝑ futurum eſſe conſtitui.
Perpetuus equidem tuarū uirtutū prædicator eſſe uolo.
Aſſiduus enī tuæ exiſtimatiōis buccinator exiſtā/decet.
Ego nullū locum prætermittā te laudandi.
Ego nullū laborē ſubterfugio te iuuandi.
Ego nullum periculū expaueſco te cōſeruandi.
Vide quāti apud me ſis.
Vide quāti tibi attribuo.
Vide quanti te facio.
Q̃ primū facultatem nactus fuero te iuuandi/omnia ꝓ te agendi libentiſſime ſuſcipiam.

Vt primum oblata eſt mihi inſeruiendi oportunitas/nihil profecto prætermiſi.
Quantū enim in me eſt de me tibi polliceri potes.
Quæcūq; in me bona ſunt conſtant tibi paratiſſima.
Quod tibi pollicitus ſum/data opera paraui.
Quod tibi ꝓmiſi diligenter abſolui.
In omnibus locis ubi me eſſe cōtigerit maximis te laudibus extollo.
Ego te quotidie cōmendare non deſiſto.
Nō ceſſo dies noceſq; ampliſſimis te laudibus illuſtrare.
Dignitati enim tuæ ita faueo/ꝙ omnia opa tua curē.
Omnem enim ſtatus tui conditiōem ita chariſſimam habeo: ut omnia pro tua ſalute ſim libenter expoſiturus.
Facit enim perpetua tuoꝝ erga me beneficioꝝ magnitudo: ut ſedulo tui memor eſſe debeam.
Ampliſſima in me tua officia/efficiūt ut omnia quæ ſunt grata tibi pro te ꝑficere debeam.
Immortalia tua in me benemerita nō ſinūt me aliud qcq̄/ niſi de tuis cōmodis & ornamētis cogitare.
Sum dies noceſq; ſedulo in hoc occupat⁹/ut ꝓ tuis in me officijs perpetuo cōmemorādis/ tibi ſatiſfacere ſtudeā.
Cū tua in me officia ſumma eſſe cōſtant omnia/ſunt mihi pro te merito ac diligenter agenda.
Quantū in me eſt id omne ꝓ tuis ornamētis effundere teneor.
Quantas mihi bonorū acceſſiones cōparare potero; omnes pro tuis cōmodis libēter in mediū adducā.
Amor eaꝓpt̃ te iubet efficere quæꝓ meipſo nō ꝑficerē.
Non enim poſſum adduci ea pro me agere/quæ pro te facere amor me cogit.
Cum tua erga me benemerita conſiderarē/omnia ſum libentiſſime perpeſſus/dum tibi auxilio eſſe poſſim.
Cum animaduertā quanta fuerit tuorum erga me officiorum magnitudo/oīa diligētiſſime procurabo ut morem tibi geram.
Cū mihi in mentē uenit quibus/ quātis/ q̄ꝗ; magnis me beneficijs exornaueris; omnia ſum pro te perpeſſurus/

dum tuam dignitatem tueri poſſim.
Cum tua in me demerita repeto/omnia cõſtitui tolerare debere/dum ratiõibus tuis conſulere ualerem.
Cum id ſemper curaueris ut me saluũ eſſe uolueris/mea intereſſe uidet' ut omnia pro te merito efficere debeã.
Ego beniuolẽtia compulſus quæro quotidie/qua ratiõe me tibi accõmodare poſſim.
Ego affinitate cõmonitus/me tibi totũ expono.
Deos homineſq; teſtes imploro/honorem tuũ non mihi minoris eſſe curæ/q̃ meũ proprium.
Deus qui omnia recte nouit/optim⁹ teſtis eſſe poteſt/nullius alteri⁹ beniuolẽtiã q̃ tuã mihi accedere optatiorẽ.
Oĩes homines mihi teſtes adduco/me nihil aliud q̃ fœlicitatem tuam adoptare.
Quoniã arbitratu meo te ſemꝑ fræcus ſum: eandẽ profecto rationẽ de me ſtatuere potes.
Quoniã uoluntatẽ tuã cum meo iudicio ſemꝑ cõiungere uoluiſti: meũ etiam conſenſum opinioni tuæ ſum libenter accõmodaturus.
Quotiẽs auxilio tuo mihi op⁹ fuit/te adeo facilẽ/dulcẽ/& hũanũ expt⁹ſum: ut maximope tibi debere dijudicẽ
Quotiẽs mihi tuũ præſidiũ expetiui/ita te mitẽ ac tractabilem ſemꝑ eſſe cognoui: ut nihil qđ a me uelis tibi denegare debeam.
Quotiens te mihi fautorẽ præbuiſti/ita te mihi liberalem atq; beneficẽtiſſimũ præſtitiſti: ut nihil ſim unq̃ ꝓ ornamentis tuis ſubterfugiturus.
Ampliſſima tua erga me liberalitas/non patit' ut ulla quidem rõne me orẽs: cũ oĩa ſpõte mea ꝓ te pficere debeã.
Preces enim in amicitia noſtra ſublatæ eſſe debẽt/ cũ tua in me beneficia expetãt/ut oĩa quæ in me ſunt ꝓ tuis cõmodis in mediũ tenear exponere.
Non enim opus eſt ut a me quicq̃ rogãdo cõtendas: qm̃ ĩmortalis tua in me beneficiorũ magnitudo perpetuo me tibi deuinctũ efficit.
Qm̃ incredibilẽ quẽdã amorẽ tibi debeo: dies ac noctes de cõmodis & ornamẽtis tuis excogitare nõ deſino.

Cum tũ mihi obſequẽtiſſim⁹ ſemp̱ extiteris: me tibi om̃i/ bus in rebus cõſentientẽ expecta.

Qui p̱ nobis incõmoda ſuſtinuerũt/ iure demerentur ut parẽ iacture uicẽ p̱ ipſis tolerare debeamus.

Simultates: iurgia: conuitia: offenſiones: atq; incõmoda/ quæ p̱ eſtimatiõe mea perpetue nõ denegaſti: ſatis me ãmonẽt/ ut ego item nullius incõmoditatis genus pro te debeo ſubterfugere.

Cum pro incolumitate mea detrimenta atq; ſupplicia nõ ſubterfugiſti: ego etiã pro ſalute tua afflictiões/ ægeſtatẽ/ famẽ/ calamitatẽ/ atq; interitũ nõ debeo formidare.

Cum ſit turpiſſimum beneficia nõ meminiſſe/ certe hoc ſummũ quod ego a te officiũ recepi/ & meminero ſemper/ & prædicabo libenter.

Quæ tu in me beneficia contuliſti/ nulla unq̃ mea delebit obliuio.

Quæ in me benemerita declaraſti/ omnis mea complectitur poſteritas.

Q; me ſemper blandiſſime pertractaſti/ ex mea nunq̃ memoria decidet.

Immortalia tua in me officia perpetuo quidem meo animo inſident.

Tua gratia (quæ mihi nũq̃ defuit) ꝑpetuo me tibi deuinctum efficit.

Tua ſumma liberalitas (quam paratiſſimã eſſe cognoui) me tibi ſemp̱ obſequentiſſimũ reddidit.

Tua ampliſſima dignitas (quæ mihi ſemp̱ opitulata ẽ) me ſibi totum uendicauit.

Exopto illã mihi dari facultatẽ/ ut meã in te pietatẽ/ beneficiorꝫ magnitudinẽ/ ratiõe cognitã habeas.

Deſidero maximope ut ea mihi fortuna cõtingat ex qua incredibilem meam in te uoluntatẽ re ipſa maxime cõprobare poſſis.

Summa mea erga te beniuolẽtia/ me cõpellit ut nihil debeam pro te recuſare.

Maximũ meũ erga te amoris iudiciũ me plurimũ adhortat/ ut in om̃ib⁹ rebus me tibi accõmodare debeã.

Cum multa mihi gratiſſima ſint quæ tu in me contuleris: tum uero hoc gratius/ꝙ te ſemper uirum liberaliſſimū̄ præſtitiſti.
Cū omīa tua mihi optatiſſima ſint/tū̄ hoc deſideratiꝰ/qđ affinibus meis tribuiſti.
Cum omnes tui maximis me officijs ſemꝑ proſecuti fuerint: illud ſedulo excogitare debeo/ne tā ampliſſimæ liberalitatis īmemor eſſe debeam.
Cū omnes tui ſemꝑ me liberaliſſime cōplexi ſint: nihil eſt qđ ego non tum eoꝝ: tum etiā tua cauſa debeā.
Summus enim tuarū̄ uirtutū̄ ſplēdor/& incredibilis meus erga te amor efficit: ut omīa ꝓ tuis cōmodis tenear ſuſtinere.
Maxima ſtudiorū̄ tuorū̄ eſtimatio & perpetua noſtræ beniuolentiæ cōiunctio/facit ut me tibi omnibus in rebꝰ totum patefaciam.
Hoc tibi uelim perſuadeas/me pro rebus tuis quotidie fieri diligentiorem.
Scito maiori mihi in dies eſſe curæ dignitatē tuam.
Honor enim tuus perpetuo mihi animo reſidet.
Negocia equidē tua quotidie mihi infixa ſunt memoriæ

Narratio breuiter debet explicari/dilucide apiri/& ueriſimilis declarari: idoneaꝗ & cōmoda eſſe debet.

De narratiōe

c Vm noſtræ mentis cōceptum aperire/& quæ nos ad dicendū̄ moueant explicare uolumus: illud diligenter obſeruandū̄ eſt: ut narratio a nobis habita idonea & cōmoda conſtet. Debet enim narratio breuiter explicari: ut ab auditoribus faciliter cōprehendatꝰ. Dilucide apiri: ut clariſſime intelligatꝰ: Et ueriſimilis declarari: ut fidem poſſit auditoribus probabilē efficere. De quibus narratiōibus aliqua hic principia aperientꝰ: quæ ſi fortaſſe nimis pauca uidebuntꝰ: hac profecto ratiōe excuſarꝭ debent/ꝙ unuſquiſꝗ cui aliqđ narrare cōtingit: ſatis clariſſime intelligat: qđ ſit illud & cuiuſmodi exiſtat: qđ plurimū̄ ualuerit. Qđ cum recte nouerit: facilis erit ſibi deſa

tigatio ad ipſum dilucide denodare: & in mediũ apertiſſi/
me demonſtrare.

Narrationes.

Dubitanti mihi quid ad te ſcriberem: Lentulus noſter ad
te mihi ſcribendi materiã tribuit.

Quærenti mihi quid meis tibi litteris ſignificarẽ: Callidi
us uiam ſcribendi demõſtrauit.

Expectanti mihi tuas litteras: Cicero mihi nunciauit te ni
hil ſcribere poſſe.

Volenti mihi tuas litteras depoſtulare: Cicero me admo/
nuit me fruſtra deſiderare.

Lectis tuis litteris magna omniũ gratulatio ſecuta eſt.

Explicata tuaꝝ litteraꝝ ſentẽtia incredibilis eſt omniũ of
ficioꝝ/læticiæ plauſus exortus.

Intelligo idem in his litteris qđ in ſupioribus intellexi.

Idem poſtremo tuæ litteræ mihi declararunt/qđ anterio/
res ſignificauerũt.

Non magis ex ultimis tuis litteris admonitus ſum/q̃ ex
prioribus cognoueram.

Cũ tuas litteras lego tecũ uideor colloqui.

Litteras tuas cõtemplans tecum ſermonẽ habere uideor.

Quotiẽs tuas epiſtolas cõtracto: totiens uideor teipſum
habere.

Q te excuſas propter occupatiões non potuiſſe ſcribere
ſatis apud me ualet.

Accipio excuſationẽ qua uſus es/ꝙ occupatiõibus im/
peditus ſcribere nõ potueris.

Q dicis te occupatiſſimũ/tuis me litteris uiſitare nõ po/
tuiſſe ſatis eſt.

Ratio tua excuſabilis mihi uidetur.

Tm̃ ex ꝓuincia redierã cum has tibi litteras miſi.

Tantũmodo ex magiſtratu remeauerã/cum hanc tibi epi
ſtolam cõſignandã cõmiſi.

Illuc tunc domum applicueram/quando ijs te litteris ui/
ſitaui.

Ego poſt tuas litteras mihi datas/ cauſam tuam q̃ primũ
curare cœpi.

Ego poſtq̄ recepi litteras/primū quod ego feci dignitatē tuam defendi.
Ego lectis tuis litteris ſtatim de rationibus tuis cogitaui.
Res noſtræ quo in ſtatu ſint ex his lrīs cognoſcere potes.
Hæc negocia quō ſe habeant/Cicero tibi declarabit.
Noſtra reſpub. quam ſtatus conditiōem poſſidet/ ex hac intellige.
Vni epiſtolæ reſpōdi/uenio ad alteram.
Primæ epiſtolæ ſatiſfeci/nūc ad alteram accedo.
In principio enim totius cauſæ uſq; ad finem longa nimis eſſet narratio.
Ab initio quidē totius negocij uſq; ad extremū comple/xum nimis eſſet dicendi ratio.
Ab exordio enim totius acceſſiōis uſq; ad calcem diffu/ſa nimis eſſet cōmendandi ratiocinatio.
In Cicerone poteris hæc cognoſcere induſtriā/cōſiliū/ſa/pientiam/hūanitatē/liberalitatē/modeſtiā.
In Clodio hæc omnia experti ſumus deceptiōes/calūni/as/uiolentiā/iracundiā/implicationē.

Optarem maxime mi Lamperte ut pluribus ex cauſis bonarum artium diſciplinis operam adhiberes. Primum ꝙ ipſæ ſcientiarū uirtutes hominū ingenijs maxime con ueniūt: Hoc primū: ſequitur illud/ꝙ oportuniſſime ſunt in omnibus hominū rebus: ſiue ſecūdis ſiue aduerſis. De/inde nihil eſt ab ipſo deo excepta anima hominibus datū ipſis ſcientiarū uirtutibus præſtantius. Et illud adiūgo ꝙ nec oppida: nec ciuitates: nec puinciæ: aut deniq; ullæ reſ pub. abſq; ſciētiaꝝ præceptis gubernari poſſunt. Nec hoc tacebo/niſi ipſæ bonarū artium doctrinæ apud humanū genus colerentur: homines profecto eorum uitam tanq̄ animalia bruta agere uiderentur. Et qui ipſis adhærēt/eo/rum uitam florentiorem degere poſſunt. Modo etiam ꝙ ipſæ ſciētiaꝝ uirtutes homini uiuo nunq̄ eripiūtur: mor/tuo uero ſempiternam laudis eſtimationem comparāt: & animam reddunt illuſtriorem. Et illud rurſus addendum eſt: ꝙ tranquillis in rebus maximam afferunt hominibus

oblectationē: Triſtibus uero & calamitoſis ſalutē impor/
tant. Poſtremo qđ caput eſt: ipſæ enim facultates ſcientia
rum: talem tanꝗ ampliſſimam cōmoditatis oportunita/
tem ſecum afferunt: : ut etiam ſi cæteras res homines ami/
ſerint: ipſe tamē inſignes bonarꝫ diſciplinarū uirtutes / ipſo
rum hominū uitam cōmodiſſime ſuſtentare poſſunt.

Neminē aliū ſupeſſe uideā in quo priſtinā illā noſtri amo/
ris ſocietatē repræſentare poſſim.

Alium neminē cognoſco in quo priſcā noſtræ cōiunctio/
nis colligationē conſpicere ualeam.

Quo die te cognoui: te hac amare cœpi.

Vt primū te uidi: magnū fidei nūciū futuræ noſtræ beni/
uolentiæ concepi.

Qꝫ primū tecū locutus ſum: in amorem tuū maximopere
cōmotus fui.

Vſqꝫ a pueris nobis magna ſum te beniuolētia cōplexꝰ.

Vſqꝫ a teneris unguiculis te magnifice amaui.

Vſqꝫ ab ineūti ætate tibi libenter inſeruiui.

Vſqꝫ a primis tēporibus noſtræ ætatis de quibꝰ memori/
am cœpimus: ſumma fui te beuiuolētia ꝓſecutus.

Mitto ad te balbū tuis beneficijs exornandū.

Caſſius ad te ꝓficiſcit̄ tua benignitate cōplectendus.

Lentuli ad te uiſitatio: meā ſcribēdi breuitatē excuſabit.

Cicero / eius bonarꝫ artium diſciplinis: ampliſſimū italiæ
obtulit ſplendoris ornamentū.

Pompeius rem eo perduxit: ut cōmunis ſalus iam recrea/
ri poſſit.

Cato mihi teſtatus eſt incredibilem ſe meis rebus curam
præſtaturum.

Fac in repub. omni cura ac cogitatiōe incumbas.

Fac omibus uiribus cōmuni ſaluti inſeruias.

Omnia perfeci quæ ad rempub. attinent.

Nihil qđ ad rempub. ꝑtineat prætermiſi.

Mullo loco defui ut reſpub. optime gereret̄.

Si mores correxeris benefacies.

Si uitā emēdaueris melius tibi conſules.

Si meliores uiuēdi rōnes ſuſcipias rem agis magis dignā

Si te uirtutibus aſſuefeceris: in uiꝝ præſtantiorē euades.
Tu quid res eſt uere exiſtimas.
Tu enim ita ut res ſe habet arbitraris.
Tu ꝑfecto ita ſentis ut res ipſa futura eſt.
Ego illud ſemper curaui ne quid agerē/ quod merito poſſet reprehendi.
Ego id ſemp optaui/ut meæ uitæ ratio ꝓbabilis haberet.
Aequo animo omnia pro te paſſus ſum.
Patienter omnia tolerare decreui.
Temperate omnia deliberaui ſuſtinere.
Magna eſt memoria tuarū rerum geſtarū.
Maxima eſt de uirtutibus tuis exiſtimatio.
Omnia enim illa a te expectant/quæ a uiro ſummo ingenio/ſummaq; uirtute prædito expectari ſolent.
Cum mecum egeris ut te iuuarē/digna mihi res uiſa eſt.
Cum me rogaueris ut honorem tuū defenderem/æquū eſſe exiſtimaui.
Cum a me cōtenderis ut cauſam tuam curarē/amori noſtro dignū eſſe dijudicaui.
Cum a me efflagitaueris ut affines tuos cōplecti deberē/ beniuolētiæ noſtræ cōueniens eſſe exiſtimaui.
Eſt enim animi ingenui/uirū ſe præſtare q̄ gratiſſimū.
Eſt hominis officioſi beneficioꝝ ſe memorē demōſtrare.
Eſt enim boni hominis parē meritoꝝ gratiā referre.
Eſt hominis grati mutuis officijs reſpondere.
Quotienſcunq; Trebonius me uidet/maximas ꝓ tuis in ſe officijs mihi gratias agit.
Quotiēs Trebonius it mihi obuiam: totiēs ꝓ ampliſſima tua in ſe liberalitate mihi gratificat.
Iocunda mihi Ciceronis oratio fuit.
Ciceronem libētiſſime loquentem audiui.
Adeo mihi gratiſſimus fuit Ciceronis ſermo/ut neminē audiam libentius.
Omnia feci ut uoluntatē tuam obtinerem.
Omnia curaui/ut tuo eſſet ſatiſfactū deſiderio.
Res enim bene ſe habuit.
Bene geſta eſt.

Fœlicem exitum conſecuta eſt.
Optatum portum adepta eſt.
Faciliter facta eſt.
Ex ſententia geſta eſt.
Ex uoluntate acta eſt.
Sententia profecto ex optatis meis lata eſt.
Vt optaui ita eſt.
Fortuna ſuccedit ut uolui & optaui.
Negocium enim ex deſiderio meo factum eſt.
Sors enim cecidit queadmodum uolui.
Res enim eſt more meo conſtituta.
Exopto uehement' ut tuarum uirtutū aliqd' lumen eluceat.
Tu fac/in agenda gloria te uincas.
Tu fac ut ad ſummam gloriam contendas.
Da operam ut in uirtutū excellentia nemini cedas.
Vellem acceſſiſſe tempus ut ſtudio inuigilare poſſem.
Optarem mihi illam oblatam facultatē/ut ſcientias exco lere & diſciplinas ptractare ualerem.
Vellem mihi illam oportunitatē cōtigiſſe/ut litterarū ſtu/ dijs me totum exponere poſſem.
Vellem ut ſupioribus annis me ad ſtudium bonarum ar/ tium inuitaſſes.
Vtinā antehac ad diſciplinā uirtutū me totū cōuocaſſes.
Vellem id a te quod optime ſpero.
Optarem illud a uirtute tua qd' facile impetrare confido.
Ego uix teneor quin ad te curram.
Ego uix me contineo quin ad te aduolem.
Quos ego riſus excitaſſem ſi affuiſſem.
Non enim abduci potuiſſem/ ſi una tecum extitiſſem in maximos riſus incidiſſem.
Deo annuente ſoſpites cōualemus.
Superis uolentibus incolumes euaſimus.
Diuina clemētia intercedēte integros nos cōſeruauim9.
Dei benignitate periculorū calamitatem ſubterfugiam.
Maxima afficior uoluptate ſtatū ciuitatis cōfirmare.
Incredibile me tenet deſideriū ciuiū ratiōes cōſeruare.
Eximia cōmoueor auiditate/patriā illæſam ſeruare poſſe

Tyberius/quod mihi magnæ læticiæ fuit/narrauit pacē firmare debere.
Auianus/quod libēter audiui/dixit tempora uentura futuris eſſe tranquilliora.
De ſtatu noſtroꝝ amicoꝝ quotidie audio quæ uolo.
De ſtatu rerū cōmuniū in dies quæ placent intelligo.
De ratiōibus rerū noſtrarū audio ſedulo quæ grata ſunt.
De cauſa tua adhuc nihil perficere potui.
De negocio tuo ſum quotidie ita curioſus/ut nihil aliud curem.
De rebus tuis optime ſpero me finem conſecuturū.
Ad.vi.cal.Iunij in prouinciam profectus ſum.
Ad.vi.Nonas Iulij in lombardiam ueni.
Ad.vi.Idus Octobris ex prouincia regreſſus ſum.
Optime nanq́ꝫ mecū actum eſſe putarem/ſi ſtudendi ocium mihi cōparare poſſem.
Cōmodiſſime ꝑfecto mecū & cum Stephano ageret̃ ſi ſolitā ꝓtractandoꝝ ſtudioꝝ libertatē cōplecti ualerem?.
Ciceronem mihi narras & illa tempora priſtina.
Romanā rēpub.mihi cōmemoras & illa præclara negocia
Quītilianū mihi cōprobas & illa libertina priſcoꝝ ſtudia.
Chriſtū mihi declaras & illos ſanctos mūdū illumināte s
Terenti⁹ ita eſt ꝑdoct⁹/ut omniū uultus nouit exprimere
Terentius tam ſummus eſt orator/ut omniū hominū geſtus faciliter ſciat effingere.
Ad ſummā quæris quid de repub.ſentiam.
Caput ſcire uis quis ſit reipub.ſtatus.
Effectum petis quæ mea ſit de repub.uoluntas.
Aetate ingraueſcēte adhortor alios uiuendi mores inire.
Aetas graueſcēs me mouet/ut uiuendi formā īmutem.
Aetatis maturitas me compellit/ut aliorū uiuēdi mores ſubſequar.
Aetatis præcipitatio mihi uidet̃ innuere/ut aliam agendi inſtitutionem ingrediar.
Aetas iam diſcurſa alia me monet cogitare.
De bello perſico nos fama:rumore:nuncijs:tabellarijs:litteris/certiores facti ſumus.

De exercitu & claſſe Mitridatis p noſtra magna inde rece-
pta pericula apertiſſime cognouimus.
Hoc autē ſcito om̄es numantinos eo eſſe animo/ut mor-
tem ſeruituti anteponāt.
Numantini nec deeſſe nec ſupeſſe carthaginēſibus uolūt.
Appius (qđ magnæ moleſtiæ mihi fuit) nūciauit magnā
bellorum irruptionē expectari.
Appius (qđ inuitus audiui) dixit magno nos in periculo
eſſe futuros.
Appius (qđ mihi uehementer diſplicuit) ſignificauit ma-
gnas diſcordias futuras eſſe nobis.
Dicit̄ nobis magnas inimicorū copias parari.
Nunciat̄ nobis ampliſſimas hoſtium congregatiōes co-
adunari.
Nunciat̄ nobis magnū inimicoꝝ exercitū cōgregari.
Res ſunt poſitæ direptioni & incendijs.
Res arbitrio imperitæ multitudinis uexantur.
Res neglectis legibus maloꝝ libidini ſuppoſitæ ſunt.
Imperium eſt diminutum.
Omnes ꝓuinciæ cōquaſſatæ ſunt.
Omnes ciuitates turbatæ ſunt.
Reſpub. maxima accepit detrimenta.
Vehementer me ad hoc coegit inimicoꝝ acerbitas.
Maxime me ad hoc induxit aduerſarioꝝ iniquitas.
Potiſſime ad hoc me traxit multoꝝ inuidia.
Caſus enim mirificus interuenit.
Acceſſio rerum eſt uaria conſecuta.
Fortuna enim diuerſa interuenit.
Sors equidem inopinata interiecit.
Hoc mihi uitio dant.
Hæc mihi impingunt
His me interminantur.
In hoc me deliquiſſe diſputant.
Relinquebatur difficilis illa declaratio ꝓuidendi.
Reſtabat illa laborioſa ꝑtractatio conſulendi.
Certum erat quādo uenimus/ut inueniremus rationem
recte tuteq; uiuendi.

His etiã rebus carebã/quibus me potiſſime ſuſtentabã.
Erã præterea illis amicis orbatus qui mihi fauere ſolebãt.
Quam mihi ſpem pollicerer non erat.
Qđ primũ mihi promittere non reperiebam.
Quã ſecundã mihi fortunam ſperarem non occurrebat.
Mihi enim uidet̃ indignũ detractum eſſe Ciceroni.
Videtur mihi Clodium a Scipione ſine cauſa læſum eſſe.
Neſcio quo pacto noſtra uita ĩcedit in oculos maliuolorũ
Conſtat enim Lentulũ indignis quidem iniurijs a Pompeio affectum eſſe.
Si quis forte fuerit qui mihi nocere uellet.
Si quem intelligeres qui mihi detrahere niteretur.
Si cuius iniquitatem ꝓnotares qui eſtimatiõi meæ inimicus eſſe conaretur.
Omitte dicere quod olim dixeris.
Nolo ꝙ priſco tempore molitus fueris.
Miſſa iſtec facio quæ quondam temptaueris meminiſſe.
Non meminero quæ priſcis temporibus machinaris.
Non ſum iam cõmemoraturus qđ iam pridem feceris.
Non ſum iam explicaturꝰ quæ iam dudũ ætate cõmiſeris
Mitto ꝙ Clodius mihi ſemꝑ fuit aduerſarius.
Prætereo ꝙ mihi ſemper obfuerit.
Non dico ꝙ acerbiſſimis me iniurijs affecerit.
Taceo ꝙ exiſtimatiõi meæ uehementer detraxerit.
His tam inauditis deceptiõibus ludificatus ſum.
His tam intolerabilibus iniurijs affectus.
His tam ignominioſis offenſionibus laceſſitus.
His tam uiolentis læſionibus inflãmatus.
His tam anguſtioſis calamitatibus excruciatus.
Recordor ꝙ uacillabas: qñ̃ꝙ ineptas uoluntates rectis & cõmodis cõſilijs ꝓpones.
Teneo memoriæ qđ delinire ſolebas: quia ſcelera probitati anteponebas.
Vides enim exhauſiſſe hominũ liberalitatem.
Non te fugit hoĩm benignitatẽ nimis factã eſſe remiſſam.
Satis enim exploratũ habes hominũ charitatem eſſe uehementer extenuatam.

Hoc enim erat mihi dolendum.
Erat enim hæc iniuria mihi plurimũ ꝑmoleſta.
Erat enim hoc mihi deplorandum.
Erat profecto hoc mihi acriter cõtriſtandum.
Accidit mihi quod multis euenire ſolet.
Mihi id contingit in qđ recti homines ſæpenumero inci/dere ſolent.
Soleo equidem nõnullos fortunæ caſus incurrere/quos etiam ſubierũt ꝙplurimi.
Hoc enim mihi accidit admodũ iocundiſſimũ.
Hoc enim eſt mihi in optatis reponendum.
Non enim dubito te dare operam.
Non enim dubito te curare:te inſtare:te inuigilare.
Circumſpice omnes rationes meæ cauſæ.
Conſidera omnia membra noſtri ſtatus.
Speculare omnes uires noſtræ facultatis.
Nihil eſt uirtute formoſius:nihil amabilius:nihil pulchri us:nihil præſtabilius.
Nihil eſt probitate præſtantius.
Nihil eſt tua mihi inſtitutione gratius.
Nihil eſt ꝑfecto tua mihi uoluntate iocundius.
Nihil eſt equidẽ tua mihi familiaritate ſuauius.
Adhuc ſum in ea ſententia.
Inſtitutam opinionẽ adhuc obſeruo.
Ego enim is ſum qui antea eſſe ſolebam.
Adhuc ſum in deliberata ſententia conſtitutus.
Alia enim opinio in dies magis confirmatur.
Mea enim uoluntas omnibus in rebus conſtans ſemper permanebit.
Me quidẽ in honeſto ꝓpoſito eundẽ ſemp eſſe uidebis.
Neceſſe eſt enim ut horum unũ ſequamur.
Oportet equidẽ ut iſtorum alterũ ſubeamus.
Potes enim hoc cõmodiſſime facere.
Eſt enim in tua poteſtate.
In hoc perficiendo idoneam habes facultatem.
Quoniam ratio ita comparata eſt.
Quoniam ita deſuper datum eſt.

Poſtq̃ ita fortuna iubet.
Poſtq̃ ita ſors cecidit.
In hac profecto re ego interfui.
In hoc ego negocio me comperi.
Quibus omnibus in accidentibus me ſcias interfuiſſe.
Vt teſtatur Cicero.
Vt hæc omnia apud Ciceronem.
Hæc omnia ut inquit Cicero.
Hæc omnia ut Ciceronis ſententiã eſſe uidemus.
Vt apud Ciceronem conſtare uidetur.
Hæc omnia promiſſa fuiſſe audiui.
Hæc omnia confirmata eſſe cognoui.
Certa uidi hæc omnia.
Hæc huiuſmodi eſſe ſtatuo.
Equidem hoc arbitror.
Tm̃ enim uideor intelligere.
Vt pauloante dixi: cõmemoraui: propoſui: præſcripſi.
Vt pauloante a me dictum: ſcriptum: cõmemoratum eſt.
Cuius rei modo mentionem feci.
Sed illud idem quod in initio præſcripſi.
Illud equidem affirmare poſſum.
Nec eni hoc eſt tacendũ: prætermittendũ: oblitterandũ.
Nec hoc in extremis permitteretur.
Huc accedit cõmemoranda quædã bñficiorꝫ præſtãtia.
Poteſtatem habes.
Facultatem poſſides.
Tibi enim autoritas data eſt: facultas cõceſſa: idonea oblata cõmoditas.
Rem es profecto idoneam conſecutus.
Non eſt in mundo.
Non enim conſtat in rebus humanis.
Nuſq̃ profecto reperitur.
Hoc enim in te eſt.
Facillime potes.
Plurimum uales.
Epiſtola enim ſe non erubeſcit.
Litteræ quidem nullius conſpectũ uerentur.

Non enim ſcripturæ quenq̄ expaueſcunt.
In hoc autem negocio mihi id occurrit.
Im mea autem cauſa hoc accidit.
In meo autem propoſito id euenit
Vt uerum dicam.
Vt uerum profitear.
Vt uerum enarrem.
Cum eſt ad nos allatum.
Cum eſt nobis ſignificatum.
Nuncio tamen intimatum.
Quod cum dicerem illud etiam adiunxi.
Et ut dicendi gratia factum tibi oſtendam.
Et ut dicendi gratia rem tibi enarrem.
Et ut exempli negocium tibi explicem.
Cum eſſes ocioſus: negocijs uacuus: laboribus ſubleua-
tus: occupationibus relaxatus.
Mihi hæc ueniunt in mentem.
Hæc mihi occurrunt.
Hæc me exagitant: cōmouent: adhortant: impellunt.
Ad me adire quoſdam memini.
Quidā ad me ꝑfecti ſunt: adierūt: cōuenerūt. Id etiam.
Illa uidi: curaui: dixi: feci.
Exiſtimo id quod eſt.
Puto id quod re ipſa conſtat.
Animaduerto rem ipſam ita eſſe.
Mihi conſilium captum iamdiu eſt.
Iam dudum mecum inſtitui/deliberaui.
Iam antea mecum decretum eſt.
Hoc mihi iam dudum certum eſt.
Iamdiu mecum quicquid ſim acturus ſtabiliui.

Exclamationes.

De exclamationibus.

Sermo uerbis certus. Oratio uerbis ſimulata. Sententia circumlocutiōe ꝑlata. Effectus alienis uerbis coopertus. O rem gratam. O negociū acceptum. O cauſam deſideratam. O actionē oportuniſſimā. O fortunā cōmodā. O cōditionē expectatā. O rationē apertam. O factū cōueniēs. O uirtutē expectatā. O induſtriā perſpicacē. O conſiliū ſa

pientiſſimū.O æquitatē benigniſſimā.O cōſtantiā ꝑſeue ratam.O modeſtiā frugalē.O multa præclara.O plurima florētiſſima. O plurima uenuſta. O uaria magnifica.O ꝙ plurima egregia. O innumerabilia cōducibilia. O multa intolerabilia.O multa abominanda.O multa indigna.O multa ꝑnicioſa.O multa errabunda.O innumerabilia im/ plicata.O rem miſerā.O incōmoditatē inauditā.O tēpo ra calamitoſa. O conſiliū perditū. O uitā uituperandā.O detrimentū magnū.O uerſutiam īmundā.O cogitationē peſtiferā.O mores barbaros. O facinus audax.O faciem cadauerosſam.

De diuiſione.

De diuiſiōe.

d Iuiſiōes rerū explicādarū quotidie ad dicendū ma ximope neceſſarias eē qs dubitat? Nā hæ ꝑfecto diuiſiones cū auditores dociles efficiūt/ tū ita at/ tentos & admonitos reddūt:ut quæ neceſſarie ratōes & argumentatiōes cōſequētur æquiori animo cōſtituāt:& eas lucidius intelligāt.Ipſarū igit̃ diuiſionū inuentiōes ꝓ/ ſequar:tametſi forte pauca putabis.Dicā igit̃ de quattuor rebus:uidelicet de prudentia/de iuſticia/de fortitudine/ de temperātia:noſtri illuſtriſſimi principis.

Duæ enim res ſunt quæ me ad te amandū impellunt.
Tria enim eſſe conſtat quæ me admonēt/ut te mihi chariſ ſimum habeam.
Hæc oīa me plurimū adhortant̃/ut tuis ratiōibꝰ inſeruiā.
Duabus tuis epiſtolis reſpondebo.
Tribus tuis ſententijs non aſſentio.
Quattuor opinionibus tuis acquieſco.
Sed breuiorem me duæ res faciunt.
Verum tres cauſæ ne longior ſim me cōmouent.
Sed cōditiōes q̄ttuor ne ſcribere potuerim/me retardāt.
Sed duo particulatim a te peto.
Sed tria te nominatim rogo.
Oſtendam igit̃ oratoriā facultatē eſſe plurimū utilem/ho norificam/atq̃ neceſſariam.

Probaturus igitur ſum Marcum Ciceronem ex eius elo/
quentia magnã ſuæ reipub. cõmoditatẽ attuliſſe.
Ampliſſimã omĩb⁹ poetis dicẽdi oportunitatẽ reliqſſe: &
immortales ſibi laudes ac nominis gloriã cõparaſſe.
Multis de cauſis uellem.
Pluribus rebus exoptarem.
His omnibus ratiõibus quæ dicam cuperem.
Tunc ego uaria pertractabo.
Tunc ego diuerſis cogitatiõibus non diſtrahebar.
Tunc ego multa excogitare coactus ſum.
Multa enim ſunt in tuis epiſtolis deridenda.
Plura enim inania a te dicta.
Complura enim ſunt in tuis rationibus reprehendẽda.
In hac cauſa multa mihi ueniũt in mentem.
In hoc enim negocio multa cogor excogitare.
In his enim rebus multa animũ meum exagitant.
In hac enim cõtrouerſia uaria mihi cogitãti ſuccedunt
Hominũ ſenatorꝝ uolũtates multiplices eſſe conſpicio.
Omniũ doctorum diuerſas eſſe ſententias uideo: Cicero
hoc longa oratiõe pertractauit: Cicero hoc acri cõten/
tione diſputauit.
In noſtra beniuolẽtia cõſeruãda rõnes ꝗ̃plures intcedũt
In noſtra familiaritate cõplectẽda ꝑmulte ſunt cõditiões.
Harum enim cauſarũ nulla mihi uidetur cõſentanea.
Harum triũ ſententiarũ nullam approbo.
Horꝝ enĩ duorꝝ negociorꝝ alterũ ut faciã neceſſe eſt.
In hac noſtra cõtrouerſia eſt quoddam tertium.
In re noſtra alia eſt cõſilij deliberatio ſuſcipienda.
Quorum nemini credere poſſum.
Quorꝝ neminem fidum nobis amicũ eſſe uideo.
Horum uter mihi ſit acceptior non diſcerno.
Horũ utrum potius uelim/mihi incertũ eſt.
Horũ quis ſit magis exoſus/aperte conſtat.
Horꝝ cuius uitia maiora ſint/clariſſime intelligimus.
Horꝝ quem maiori odio ꝓſequamur/liquido patet.
Horũ enim quis uirtute ſit prædius/& quis uitijs inuo/
lutus ſatis intelligi poteſt.
Horum cuius conſiliũ ſit officioſum/& cuius ſit pernicio

ſum clariſſimū eſt.
Horum cui recta fides ſit adhibenda/& cui non ſit creden
dum non dubium eſt.
Hoꝝ quem magis ſequi/& quem effugere debeamus no
bis eſt notiſſimum.
Horū autem quo uti & quo carere nobis liceat/noſtri cō/
ſilij eſt.
Quoꝝ alterum laude maxima ꝓſequimur/alterū ſumma
ignominia inſectamur.
Quorū altero plurimū gaudemus/altero uero uehemen/
ter contriſtamur.
Quoꝝ ab altero diligimur/ab altero acriter odimur.
Horum unus uituperandus eſt/alter uero ſummis laudi/
bus extollendus.
Horum unius uirtutes deſiderādę ſunt/alterius uero ſce
lera ſunt fugienda.
Hi profecto digni ſunt quorum alteri conſulatū/alteri tri
bunatum plebis cōmittas.
Hi qui nullo modo ualēt alteri balnea/alteri criminoſorū
cuſtodia cōmittatur.
Quoꝝ nulli uideo in ſtudendo diligentiam.
Quorum nulli adhærere poſſum.
Quoꝝ ſi alterutri adhærendū ſit/officioſis potius ꝗ̃ iner
tibus me adiungam.
Quorū ſi alterum ſequi debeamus/pacem potius ꝗ̃ bel/
la ſequamur.
Quorum utriuſqꝫ uirtutem admodū ſemꝑ amaui.
Quorum utroqꝫ utor ſæpenumero.
Vtrūqꝫ meum eſſe dixi/ut quid agere deberem moneres
& quid conſtitueris ſuſtinerem.
Vtrūqꝫ meum exiſtimo ut unice diligam/ & mutuis tibi
beneficijs correſpondeā.
Dicā igiť ſūmatim:ſcribā ꝑticulatim:narrabo cōpēdioſe.
Litteris ut res expoſtulat ordine rn̄debo orōni tuæ.
Vt eā requirat particulatim cōſcribā diſputatiōi tuæ.
Vt argumētatoꝝ ratio depoſcit opinionē meā declarabo
Nos enim cum propter inſignes uirtutes tuas:tum ꝓpter
ingeniū tuū:tum ꝓpter eximiū tuum erga me amorē:

tum etiã ꝓpt maxima in nos officia te mirifice diligim⁹
Qui partim pro honore cõparãdo: partim pro uirtute ce/lebranda: partim etiam pro ignominia euitanda hoc refutare non debent.
Qui ꝑfecto inimici partim imbecillitate: partim ignauia: partim timore nos tentare non audent.
De quibus multa ad noſipſos: multa ad rẽpub. multa etiam ad cæteros omnes pertinẽt.
Planũ igitur uobis faciam in hoc maleficio multos fuiſſe inimicos: multos corruptores: multos nocentes: multoſq; conſentientes.
Qui uel ex odio: uel ex inuidia: uł ex ignorãtia: uel ex arrogantia: uel ex capacitate: uel ex iniquitate ſemper nobis detrahere nituntur.
Hoĩes enĩ uolũtate ĩmutant: ali⁹ bñficijs: ali⁹ amore: alius ĩiurijs: ali⁹ ſuſpitiõe: ali⁹ honore: ali⁹ ætate: ali⁹ fortuna.
Aut enim ſit impator: aut rex: aut dux: aut princeps: aut domin⁹: aut cuiuſcũq; generis exiſtat/ſapiẽtia indiget.
Ad ſtudiũ enim bonaꝝ artium cõplectendũ præter uolũtatem nihil tibi deeſſe uideo. nec ætatem: nec ingeniũ: nec facultates: nec præceptores: ne calias ullas res.
Apud alios uirtus litteraꝝ excolit: apud alios copia diuitiarum adamat: apud alios belloꝝ diſciplina exercet.
Quarũ equidẽ ſcientiaꝝ inuentio/induſtria/ratio/ſapientia/cõſilium/eruditio/honor/dignitas/præſtãtia/laus/fama/gloria/te ad eas celebrandas uehemẽtiſſime incitare debẽt.
Explicaturus igitur ſum quales boni in tuo negocio fuerunt: quales ꝑfidi: quales ſtudioſi: quales negligentes: quales amici: quales aduerſarij.
Siue enim pacem ſeruare uelim⁹: ſiue bellũ exercere deſideramus: ſiue res alias curare ſtudeamus: uirtute utendum eſt.
Qꝫ ſi effecerimus: & honorẽ cõparabimus: & cõmoditatem cõſequimur: & uolũtati noſtræ ſatiſfaciemus.
Oſtendam igitur uobis quantã cõmoditatẽ: quãtã oblectationẽ: quantã trãquillitatẽ/ex pace ſum⁹ cõſecuturi.

In mediũ igitur adducã quãta incõmoda: quãta pericula: quãtos errores: quãtas deſtructiões: quãtas malorũ calamitates/nobis bella ſedula inferre poſſunt.

Cognoſcetis igitur qui boni ciues fuerunt: qui negligentes: qui ſtudioſi: & qui ſedicioſi.

Si rempub. adamamus: ſi ciuiũ ſalutẽ charã habem⁹: ſi honorem deſideramus: ſi cõmoditatẽ appetim⁹: ſi rem nobis gratiſſimã cupimus: ſi diligentem gloriam adoptamus/in hoc plurimũ elaborare debemus.

Niſi Clodij nocentem uitam monſtrauero: niſi apertiſſime delicti uitia ſeu maleficia declarauero: niſi teſtes ꝓbatiſſimos adduxero: niſi aptiſſimũ malũ patefecero/omniũ maximã me ſubiturũ pœnam ſubijcio.

Clariſſime igit' intelligitis Luciũ Catilinã multis nocuiſſe: multis detraxiſſe: multis inuidiſſe: multis fidẽ præſtitam fregiſſe.

Quo in genere multa audiui: multa intellexi: multa uidi: multa cõprehẽdi: multa cognoui: multa palpaui/quæ uobis declarabo.

Percipies igit' quæ ſunt in urbe geſta: quæ ſint foris adminiſtrata: & ꝙ ſenatuſcõſultũ cõſtitutũ/ſit obſeruandũ.

Primo de pace dicturus ſum: deinde de ſtudijs: deinceps de moribus: continuo de repub. tum de priuata cõmoditate ciuiũ: poſtea de religione: poſtremo de ĩmortalitate animarũ/una cum ſalute omniũ noſtrum.

De confirmatione.

De confirmatione.

Poſtea uero ꝙ̃ intẽtionẽ noſtram explicauim⁹/nõ tam iocundum erit auditoribus/ꝙ̃ noſtris ratiõibus ꝑmaxime cõmodum: ut aliquibus modis ex argumentatiõibus ꝓpoſitiones noſtras cõfirmare ſtudeamus: Idcirco aliquas inueniendaꝝ confirmationũ uias in mediũ adducã: Ex quibus quæ nobis cõducere uidebũtur: eas uſui noſtro poterimus accõmodare.

Nulla unꝙ̃ ex parte cogitaui quãta me ſemꝑ beniuolẽtia complexus fueris.

Tua erga me amoris cõiunctio teſtibus nõ indiguit.
Amor enim noſter confirmatur in dies uehementius.
Noſtra profecto unitatis colligatio maius in dies recipit incrementum.
Societas enim noſtra tam optimis beniuolẽtiæ fundamẽtis ſtabilita eſt: ut nunꝗ̃ labefactari poſſit.
Hoc uelim tecum habeas: neminem eſſe qui maiori a me ꝗ̃ tu beniuolẽtia complectatur.
Ad ampliſſimã enim tuoꝝ in me officiorũ magnitudinẽ multæ aliæ bonoꝝ acceſſiones interceſſerũt.
Ad eam enim noſtræ antiquæ familiaritatis cõiunctionẽ acceſſit ſingularis quædã tua charitas/qua me meoſꝗ omnes complexus es.
Non enim facile dijudicatur uerus amor: niſi aliqđ tanꝗ̃ ex auro experimentũ uiſum fuerit.
Non enim recte cognoſci poſſet uera beniuolẽtia: niſi rerum experientia fuerit cõprobata.
Hoc enĩ ut faciã noſtri amoris uetuſtas depoſtulat.
Hoc enim ut curẽ tua erga me officia demerentur.
Facis enim rem amicitiæ noſtræ cõdignam.
Facis enim alienum nihil a noſtra beniuolentia.
Eſt equidẽ Terentius in lata mei amoris parte collocatꝰ.
Res enim amore maiori a te curari non potuiſſet.
Maiorẽ enim beniuolentiã in agẽda cauſa mea mihi præſtare non potuiſſes.
Hoc enim animo in me eſſe debes.
Hac profecto uoluntate me debes complecti.
Hæc enim res maximo mihi erit emolimento.
Res enim iſta ratiõibus meis maximope eſt ducibilis.
Hoc enim ad ratiões meas cõſtabiliendas uehemenť pertinere uidetur.
Nihil enim mihi acceptius ex omĩbus humanis rebus exoptaſſem.
Rem enim gratiorẽ euenire non deſideraſſem.
Hoc enim fieri melius ꝗ̃ dicere uolo.
Hoc enim re ipſa potius ꝗ̃ uerbis fieri cupio.
Nullus enim erit deliberandi locus.

Hac opinione utilior nulla eſſe poteſt.
Nemo enim eſſe poteſt hoc homnie nobis oportunior.
Nullum erit conſiliũ hac deliberatione cõmodius.
Nihil certe reperitur hoc negocio cõducibilius.
Nam ea cogitaſti quæ maximope conducũt.
Nam ea feciſti quæ uehemẽtiſſime cõprobari debent.
Nam ea trãſegiſti quæ ratiõibns noſtris ſe accõmodant.
Omnia ꝑfecto curare uolo quæ te uelle exiſtimabo.
Omnia ſum libenter ſuſcepturus quæ tu mihi imponas.
Oĩa certe agere deſidero quæ tibi cõducere arbitrabor
Hoc profecto uelim exiſtimes me non minori cura uelle tuis laudibus ꝙ meis fauere.
Hoc equidem tibi uelim ꝑſuadeas honorem tuũ non minus mihi ꝙ tibiipſi chariſſimũ eſſe.
Perpetuũ enim me tui defenſorẽ es habiturus.
Facillimũ equidem me tuæ laudis amplificatorem ſemꝑ habebis.
Quis enĩ eſt in negocijs magis curioſus ꝙ Cicero!
Quis eſt enĩ in tractãdis rebus min⁹ impiger ꝙ Cicero!
Non enim ſolũ litteris: ſed etiam faſciculis te explebo.
Non equidẽ tm̃ epiſtolis: ſed etiã libellis te incitarem.
Facilius eſt enim mihi tuis litteris reſpõdere / ꝙ te litteris meis prouocare.
Ego quidem leuius reſpõdere poſſum ꝙ litteris te meis incitare.
Non enim tam grauiter laboro ut tuis reſpondeã litteris / ꝙ defatiger etiam meis te litteris uiſitare.
Nullam equidẽ moram pati poſſem / cum me tibi accommodare debeo.
Nulla ꝑfecto intercedit negligentia / cum tuæ res operam meam deſiderant.
Summã equidẽ ꝓ rebus tuis curam adhibuimus.
Nihil enim pro tua cauſa a nobis prætermiſſum eſt.
Omnia quidẽ ratiõibus tuis officia præſtitimus / quæ ab officioſiſſimis præſtari potuiſſent.
Et iam in re fundamentũ inieci maximũ.
Et iam in negocio ſpem bonã conſecutus ſum.

Honorem enim tuũ & uerbis & rebus quibuſcum potui libẽter exornaui.
Dignitatem enim tuam & oratione & opere omni q̃tum in me fuerit tuebor.
Totas equidem ratiões tuas uiribus omnibus ſuſcipiam defendendas.
Nã Albert⁹ tantopere te laborauit ut nihil prætermiſerit.
Nam Cicero ita cauſam tuam egit/ut maiori quidem ſtu/dio agere non potuerit.
Quanto ſtudio Phanius res tuas curauerit/teſtis eſt aſſi/dua eius uigilantia.
Equidem nihil quod ad te pertineat prætermiſi.
Omnes enim ſum ratiões cõplexus quæ in tuam cõmo/ditatem redũdare uidebantur.
Omnia quidem feci quæ dignitatẽ tuam exornare & fa/cultates exaugere ualent.
Omnia diligẽtiſſime curabo quæ ratiõibus tuis accõmo dari poſſunt.
Complura ꝑfecto fuerũt ſemper tua in me ſtudia laboris/diligentiæ/actionis/uigilantiæ.
Immortalia quidẽ tua erga me ſemper extiterunt uirtutũ bñficia:conſilia admonitiõis:doctrinæ:amoris:adhor tationis:uolũtatis:deſiderij.
Hæc enim tum tuæ dignitati:tum etiã noſtræ beniuolen tiæ me debere dijudico.
Hoc enim tum tuorũ/ tum etiã tuis uirtutibus attribuo.
Dies enĩ atq̃ noctes tua in me officia ante oculos uerſant̃
Cõtinua enim memoria immortalia tua in me beneficia complector.
Tua enĩ in me benemerita nũq̃ mihi a memoria diſcedũt
Quæ tu in me benemerita contuliſti:nunq̃ ex animo di/labuntur.
Hæc enim res nullam habet dubitationem.
Hoc enim negociũ nullam habet difficultatem.
Hæc enim cauſa nullum pene laborẽ deſiderat.
Nihil eſt qđ ſtudio & diligentia fieri non poſſit.
Nihil enim eſt quod non poſſit beniuolẽtia confici.

Nihil eſt quod uerus amor non iubet efficere.
Nihil enim profecto eſt qđ dedita opa ꝑfici nõ poſſit.
Eſt enim conſiliũ noſtrũ ab omnibus approbandũ.
Qđ a nobis decretũ eſt/rectũ eſſe putamus.
Quæ a nobis geſta ſunt oĩ uitio carere uidentur.
Eſt enim mei cõſilij maiorem in dies fructum & uolupta/tes cupere.
Meũ enim cõſiliũ quotidie magis eſt mihi cõducibile.
Incredibile eſt enim quãtope tibi cupiã ſatiſfacere.
Vix enim credere poſſes quantum cupiam uirum me ti/bi ꝙ gratiſſimũ demonſtrare.
Cupio enim nullã timoris curam nobis inſidere.
Deſidero plurimũ nullã dubitatiõis moleſtiã remanere.
Oĩa ꝓfecto ſũt tibi ſuſtinẽda ut laudẽ & gĺiam tibi cõpes.
Nihil enĩ ẽ qđ nõ laude & gĺia libẽtiſſime facere debeam⁹
Nihil eſt profecto tam difficile qđ tibi non pro honore & fama facillimũ debeat uideri.
Ita enim natus es/ut negocia tua ſemp efficere debeas.
Ita enim doctus es ut hoc aſſumere debeas.
Sed illũ tuũ animũ fac adhibeas/quo te eſſe oporteat.
Sed eũ te fac præbeas quẽ tuæ uirtutes eſſe uolunt.
Nullam ꝓfecto partẽ inuenies quæ non ſit cõfracta.
Nullũ enĩ mẽbroꝝ cõſpicies qđ non ſit debilitatũ.
Nullũ equidẽ locũ uidebis qui non ſit cõquaſſatus.
Tãta enĩ ẽ tuaꝝ uirtutũ exiſtimatio ut hoc facere debeas
Tanta enĩ eſt tuæ ꝓbitatis ſpes ut agere uelle debeas.
Illa eſt equidẽ iocũda laus quæ a uiris laudatis ꝓficiſcit.
Ea eſt quidem firmiſſima laus/quæ ab his celebratur qui in maxima laude uixerunt.
Hæc enim uera laus uideri ſolet/quæ nõ ex uerbis ſed ex rebus ipſis naſcitur.
Ea quidem uera gloria uideri ſolet quæ ex ſalute reipub. fieri ſolet.
Cicero ea nat⁹ eſt cõditiõe/ut nihil niſi qđ rectũ eſt curet.
Cicero ea ratiõe eſt cõſtitut⁹/ut honeſtũ ſemp exquiret.
Cicero is ſemp fuit/ut ab officio nunꝙ deduci potuerit.
His enim conſilijs præſtat Cicero/quæ plurimum humano generi proſunt.

His enim facultatibus abūdat Cicero/quæ ſunt om̄ibus
conducibiles.

Nullam poſſes diſciplinā exequi/ex qua maiorem nomi/
nis exiſtimationem tibi cōparare poſſes.

Nihil equidē ex omnibus humanis rebus curare poſſes/
quod uirtute clarius haberetur.

Nihil enim eſt ꝑfecto qđ hūano generi magis conducat.

Nihil enī ē de quo maiorē hoīes cōmoditatē cōſequant̄.

Recte quidem facere plurimū ualet ad beate uiuendū.

Officioſe facere optimū ducimꝰ ad fœliciter uiuendū.

Si uirtꝰ aliqn̄ locū eſt habitura/tu eris in ſupremis.

Si uirtus ullam unq̄ꝫ eſt receptura facultatē/præſtantiſſi/
mum dignitatis locū obtinebis.

Aduentus enim tuus clarus erit omnibus.

Summo enim deſiderio ab omnibus expectaris.

Tua enī ad nos ꝓfectio ampliſſimā tibi laudē cōparabit.

Omnes enim uiri prudētes hoc factum probant.

Omnes ꝑfecto qui de rebꝰ recte ſentiūt hoc laudant.

Om̄es equidē conditiōes quas ſcripſi ꝓbabiles exiſtunt.

Omnes cauſæ quas cōmemoras iuſtiſſime ſunt.

Quæ mihi narraſti/ita ut dicis cōſtare uidentur.

Quæ mihi ꝑ tabellarios & nūcios ſignificaſti ita eē cōſtat

Fateor enim opinionē tuam eſſe ueram.

Concedo equidē inſtitutionē tuam eſſe laudabilē.

Hæc enim ſi ita ſunt/cætera erunt faciliora.

Qꝫ ſi hæc uera ſunt/de reliquis optime ſperandū eſt.

Hæc ſi ita prædicant̄/cætera meliora ſequent̄.

Volo enim hoc te ſcire/nullius auctoritatem apud me tā/
tum ualere quantū tuam.

Hoc uelim ratū habeas/me nullius amore magis q̄ꝫ tuo
moueri poſſe.

Non enim minus te uelle q̄ꝫ poſſe mihi exploratū eſt.

Nō enī minꝰ libent̄ hoc facere deſideras q̄ꝫ ego expoſtulē

Ego enim ſingulis uerbis tuis ſingula teſtimonia tribuā.

Ego enim orationi tuæ auctoritatē maximā adhibebo.

Hoc enim mihi ut uero teſti uelim credas.

Hoc profecto Ciceroni ut ſupremo oratori credere mini/
me dubitare debes.

Teſtis eſt optimus in Catonem labor.
Teſtis eſt enim mea in Catonem uigilantia.
Omnes enim qui iſta nouerũt teſtes habemus.
Om̃es enim qui hæc tractare ſolẽt ꝓ nobis teſtabunt.
Oẽs eĩ ꝑfecto q hæc teſtant firmã fidẽ præſtare potuerũt.
Omnis enim mea ſpes in te poſita eſt.
Omnẽ enim meã in te ſpem collocaui.
Omnẽ ꝑfecto ſpem cauſæ gubernãdæ in te uno firmaui.
Om̃is enĩ ſpes hui⁹ negocij ꝑficiendi in te collocata eſt.
Neminẽ alium ꝙ̃ te patronũ eſſe uolo. Nãqꝫ illud non du bito quin etiam ꝓ me libenter ſis futurus.
Non eiſdem unꝙ̃ ueritus ſum/quin tu ſemper ratiõibus meis recte conſulere uelles.
Nõ enĩ dubitaui quin tu mihi libenter fauere uelles.
Nihil enĩ tantũ eſt qđ a te cõfici poſſe nõ confidem.
Nulla enim res tam difficilis eſſe poteſt/quæ tibi non fue rit futura ꝙ̃ facillima.
Scio enim quãtum ponderis oratio tua ſit habitura.
Scio enim quantũ facultatis tua præſentia ſit præſtitura.
Scio enĩ quãtũ cõmoditatis tua cõmendatio ſit allatura.
Te quidẽ maximũ hominẽ futurũ eſſe exiſtimo.
Te ꝑfecto uiꝝ fore præſtantiſſimũ iudicio oĩm iudico.
Te qdẽ ſũmũ ĩ ciuitate uiꝝ ex oĩm ſpectatõe maxĩe ſpero
In eũ qdẽ locũ res deducta ẽ/ut(niſi deus nobis ſubuene rit) maximis incõmodis ſubijciemur uel afficiemur.
In talẽ enim ſtatũ negocia cõpulſa ſunt/ut(niſi nobis di/ uina clemẽtia opem præſtiterit) acerbiſſimas ſum⁹ ca/ (lamitates ꝑpeſſuri
In eã eĩ cauſam me fortuna cõpulit.
In id profecto infortuniũ me ſors intruſit.
In eandem quidem tempeſtatẽ me fatum iniecit.
Illud enĩ eſt maxime in tuis ratiõibus illudendum.
Illud enim qđ ſcribis merito uidetur irridendũ.
Illud enim tuis epiſtolis plurimũ ludificandum.
Hoc enim non crudelitate/nõ culpa contractũ eſt.
Hoc equidẽ errore non cum uitio accidit.
Hoc ꝑfecto nimia facilitate non fraude factum eſt.
Verecundia quæ in periculis repudianda eſt cæſari male conſuluit.

Timor eĩ infamiæ quæ in difficillimis reb⁹ memorãda ẽ/multorꝝ hominũ cauſa mortis fuit.
Homo enĩ nat⁹ eſt ad deſi/diam excolendã.
Hominis uita tota lãguoribus eſt referta.
Hominis enĩ uita ad nihil aliud nata eſt/ q̃ ad fruges cõſumendas.
Ho c enim ſic habeto.
Hoc tibi pſuadeas uelim.
Ita habeas exploratũ.
Hoc enĩ memoriæ mãda.
De quo ſic uelim exiſtĩes.
Spem habeas firmiſſimã.
Tu aũt hoc tibi pſuade.
Illud hoc tibi affirmo.
Crede enĩ hoc mi Cicero.
Illud quidẽ ſcio.
Tm̃ dico.
Illud enim dubito.
Hoc tam uere dicam.
Hoc dicam ut ſentio.
Illud eĩ apte audeo ꝓfiteri.
Illud ꝓfecto cõfirmare.
Ego enim uideo hæc plana fore.
Ego conſpicio hæc eſſe futura.
Ego ſic cõiecto.
Ego eq̃dẽ hoc augurio.
Ego hoc tibi polliceor.
Hoc cõfirmo.
Hoc ꝓfiteor.
Nihil eſt qđ curẽ diligẽti⁹.
Mihi enĩ maximæ curæ ẽ.
Eſt enĩ mihi pͥmũ cordi.
Hoc enim clarũ eſt
Certũ eſt.
Exploratum eſt.
Manifeſtum eſt.
Liquidum eſt.
Expeditum eſt.
In oculis enĩ poſitũ eſt.
In mediũ adductũ eſt.
Omnibus palam eſt.
Omnibus planũ eſt.
Hoc unicuiq; apparet.
Hoc cuilibet planũ extat.
Nulla enim de hoc eſt dubitatio.
Non equidẽ dubiũ eſt.
Nulla eſt de hac re controuerſia.
Tm̃ dico.
Tm̃ ſcribo.
Tm̃ affirmo.
Non enim me præterit/fallit/fugit.
Clam eſt.
Nõ eĩ ſum ignar⁹. Expers de hoc. Imprudẽs.
Satis enim intelligo.
Optime quidẽ cerno.
Diligenter animaduerto.
Clariſſime perſpicio.
Sic enim res ſe habet.
Sic eam eſſe conſtat.
Sic enim uideo.
Sic enim res habet.
Sic enim dicitur.
Sic equidẽ fertur.
Sic enim uidet.
Vt debeo.

Vt par eſt.
Vt ius poſtulat.
Vt tuæ uirtutes demeritæ ſunt.
Vt mea beniuolētia reqrit
Vt cauſa deſiderat.
Vt ratio depoſcit.
Vt caſus exigit.
Vt cōditio expetit.
Vt hortat̄ fortuna.
Vt acceſſio adminiſtrabit.
Vt ſors cadet.
Nec iniuria.
Nec ſine cauſa.
Nec enim īmerito.
Nec enim mirū eſt.
Opus enim eſt.
Oportet quidem.
Neceſſe eſt equidem.
Neceſſitas enī poſtulat.
Expediens enim eſt.
Res equidē tua agitur.
Tuū eſt enim onus.
Tuū eſt officium.
Video enī qd mea interſit
Non enī me fugit qd mihi cōueniat.
Non enī me præterit quid mihi conducat.
Hæc mea fuerat cōiectura.
Fateor enī hanc meā fuiſſe prænoſticationē.
Hoc enim ſemper fore exiſtimaui.
Morem ꝑfecto ſemper tibi geſſero.
Tibi enim ſemꝑ obſequētiſſimus fuero.
Sum enim tibi ſemper obtemperabilis.
A præceptis etenim tuis nūq̄ diſcedam.
Nullam unq̄ admonitionem tuā recuſabo.
Si tuū mihi officiū præſtare cōſtitueris.
Si tuū mihi auxilium præſtiteris.
Si te mihi accōmodaueris
Hoc eī ualde ꝓrſus placet.
Hoc enim me plurimū delectat.
Hoc enī mihi admodū eſt gratiſſimū.

De confutatione.

Confutationes præterea maxime ſunt ad dicendū neceſſarie. Nam cū noſtrorū argumētoꝝ ratiōes auditorib⁹ ꝑſuaſerim⁹: nondū auditores ſatiſfactū eſſe cēſebūt: niſi ea quæ nobis obijciunt̄/aut tacite obijci poſſunt/ꝓbabilibus ratōibus euelleremus. Qđ cū ita ſit: non mihi uiſum eſt incōmode factū/ſi de his refutandoꝝ locoꝝ ratiōibus cōſequēter ex ordine interſeramus. De confutatione.

Ego enim in te amādo beniuolentiæ obtineo principatū

Tu enim ſic a me diligeris ut nemo alius magis.
Sed moriar niſi te amore ſuperem.
Sed peream ſi te beniuolẽtia non uincam.
Non pene min⁹ te diligo ꝙ perpetuo te ſemp amaueram.
Sane exiſtimes neminem te mihi chariorem.
Sane credas neminem ardentiori me beniuolentia ꝙ te complecti.
Si intellexero quid uoles: uolũtatẽ meam tuo deſiderio adiungam.
Si mihi perſuadere potero qđ deſideres: faciã ſponte mea quod cupis.
Non enim impediẽt me inimicitiæ dum tibi proſim.
Nec ullus me dolor pturbabit/quin me tibi accõmodem
Nec ullus me labor deterrebit/qn totũ me tibi præbeã.
Nec ullæ me occupatiões retardabũt/qn tibi ſatiſfaciã.
Fac habeas rationẽ noſtræ beniuolentiæ.
Fac noſtri amoris ſis diligentiſſime memor.
Quid noſtræ beniuolẽtiæ cõiunctiõe prætermiſſum fuit?
Quid noſtræ familiaritatis ſocietati adiũgi potuiſſet?
Non timebo omnia ſubire pericula/dum tibi proſim.
Si una eſſe nõ poterim⁹: animoꝝ tñ cõiunctiõe fruemur.
Si mecũ eſſe non poteris: ego tamen aſſidua cogitatione te amplector.
Si præſentiã noſtrã colere nõ ualebim⁹: licebit tñ mutuã in te recordationẽ celebrare poſſe.
Pro ſalute patriæ cur non oĩes exponimus facultates?
Pro cõmuni ſalute cur non omnia bona pfundimus?
Maioribus enim meis te benemeritis exornabo ꝙ tibi in mentem euenire poſſet.
Dirigam omnia pro te diligentiſſime.
Velim enim a me expectes quæ ab amiciſſimo expectanda ſunt.
Nihil enĩ a me prætmittit/qđ ad te ptinere exiſtimarem.
Omnia uelim a me & familiarit expoſtules/& optima ſpe expectes.
Id enim agam in rebus tuis/ut nullam ſis meam negligentiam accuſaturus.
Cũ pl⁹ p te fecero ꝙ potuero/min⁹ tñ pfecero ꝙ debuero

Cum longe maiora ꝑ tuis ornamẽtis conat⁹ fuero ꝙ̃ mea
facultas præſtare poterit:. Multo minora fuero cõſe
cut⁹ ꝙ̃ ĩmortalia tua in me benemerita depoſtulent.
Si mihi ꝑ te moriendũ eſſet: nulli tñ parti tuorũ in me of/
ficioꝝ uideor ſatiſfeciſſe.
Si mihi ꝑ cõmodis tuis uita eſſet effundẽda/non tñ uide
rer in me meritoꝝ magnitudinẽ aſſecutus.
Ego ut par eſt ad uoluntatẽ tuam me confirmo.
Ego ut in me tua iura depoſtulant/me tibi totum accom/
modabo.
A Ciceronis uoluntate honeſta pampliſſima in me meri/
ta diſſentire non poſſum.
Per Ciceronis familiaritatẽ ac amorem non licet mihi ab
eo diſſentire.
Nulli cuiꝙ̃ cõcedo ꝙ tui ſtudioſior ſit ꝙ̃ ego.
Nemo in hoc me uincere poteſt/qui tuæ dignitatis cupi/
dior ſit ꝙ̃ ego.
Nec ullũ unꝙ̃ tempus ꝑ te ut laborem defugi.
Nec ullã unꝙ̃ rem ꝑ te omiſi/nec omittam curare.
Nec tamen Catoni defuturus ſum.
Nec tamen Catonis cauſam derelinquã.
Iniuriã a te mihi fieri puto cum a te roger.
Rem mihi ingratam facis cum aliquid precibus a me con/
tendis.
Magna me afficis iniuria cum rogando officimu meum
poſtulas.
Ego pluſꝙ̃ feci facere non potuiſſem.
Ego maiores uires ꝙ̃ oſtẽdi præſtare nõ ualerem.
Te ꝙ̃ primum incõmodis liberaſſem.
Te ilico incolumem reddidiſſem.
In hac cauſa magis elaboraui ꝙ̃ oſtenderem.
In his rebus maiora ſum acturus ꝙ̃ demonſtrarem.
Non enim perſcribere poſſum quãtũ mihi erit gratũ ſi Ca
tonem quietum reddideris.
Non poſſum uerbis explicare/ꝙ̃ erit mihi iocundũ ſi Ca
tonem ocioſum præſtiteris.
Nullo ſatis poſſum dicendi genere declarare/ꝙ̃ mihi erit
acceptũ ſi Bernardũ moleſtijs liberaueris.

UPB

Quid enim eſt/cur nõ bonorũ familiaritatẽ deſiderarẽ!

Quid obſtare uidetur/cur nõ iuſtorum conſortium mihi adoptem!

Oblitum me putas amoris:charitatis:humanitatis tuæ.

Immemorem me exiſtimas tui erga me officij:laboris:diligentiæ:uigiliarũ:periculorum.

Ingratum me arbitraris liberalitatis:benignitatis:beneficiorum erga me tuorum.

Qꝫ ſi uita mihi contigerit/me tibi amiciſſimum demonſtrabo.

Qꝫ ſi uita mihi ſuperſtes fuerit/me tibi memorem beneficiorum præſtabo.

Niſi ob tuam erga me beniuolentiã tibi cumulatiſſime ſatiſfecero/hominẽ me eſſe non arbitrabor.

Niſi pro ĩmortalibus tuis in me meritis parẽ tibi gratiam retribuero/uirũ me bonũ non exiſtimabo.

Niſi tua erga me officia paribus meritis comprobauero: me hominẽ non iudicabo.

Non enim mihi ullo modo ſatiſfacio cũ non reperiã quibus rebus tibi gratias refero.

Cum ea quæ tibi deſiderem re ipſa cõſequi non poſſum.

Cum nullam partem tuoꝝ erga me meritoꝝ in referenda gratia cõſequi ualeam.

Nunq̃ enim mihi acquieſcã:niſi prius quæ a me uelis ex ſententia ꝑficiam uel conficiam.

Ego tanti te facio ꝙ quicquid agerẽ ſtatim ꝓbaturꝰ ſum.

Pro ſummo in te meo amore quæ tibi placere uidebunt̃/ rectiſſime uera eſtimabo.

Mihil enim cõmittere poſſes ꝙ mihi poſſet diſplicere.

Plus enim a te mihi ꝓuiſum eſt q̃ poſtulauerã.

Maiora quidem in me benemerita contuliſti q̃ a te cõtenderem.

Nolo enim Soſiam optime de me meritũ derelinquere.

Non enim mei eſſet officij ꝙ ſufferre deberẽ ꝙ inuidi Caſparino mei amãtiſſimo detraherent.

Malo enim meis in te rationibus delectari q̃ alienis officijs gubernare.

Quæ facio quotidie magis me delectãt q̃ aliena.

Non enim diuitias ſed uirtutes ſum ſecutus.
Illud cogita ne rem minus periculoſam exiſtimes q̄ ſit ne ceſſarium.
Illud ꝓuideas/ne timendo magis timere cogaris.
Sed ea tu inſignit⁹ es ſapiētia ꝙ maiora ꝓuidere poſſes.
Verum tu ſingulari induſtria tua hæc cōmodius tranſigere poteris.
Sed tu hoc facilius m̄lto ꝓ tua ſinglari prudētia iudicabis
Sed tu hoc melius ex re reparare conſtitues.
Quæ omnia acciderūt Cicero dixit futura.
Qui aūt caſus euenerūt Cicero ante multo dixit.
Quæ autē ſunt cōſecuta Cicero eſt ante prænoſticatus.
Q̄ ſi tibi hoc cōſiliū non placebit/aliud mittemus.
Q̄ ſi hæc tibi ratio non ſatis uidebitur conſentanea/alias quæramus cōmodiores.
Non dubito quin tu plus ꝓuideas q̄ ego admoneā.
Nec diffido quin tu meli⁹ rē ꝑtractas q̄ ego tibi declarē.
Quæ autē fortunæ acceſſiones ſint cōſecuturæ/quis uaticinari poteſt?
Quæ acciderūt fuerunt uera tam re q̄ ſuſpitione.
Nam intelligo iſtis rationibus te nihil proficere.
Non uides rebus iſtis nihil ꝓdeſſe poſſe.
Q̄ ſi nō poſſum aliq̄d ꝑficere ſuadendo/ego iam & precibus a te contendo.
Negociū ego ſuſcipiam/& conabor quod poſſum.

De concluſione.

De concluſione.

Cum autē epiſtolas noſtras/uel oratiōes iam exordio: narratiōe: diuiſiōe: cōfirmatiōe: ac cōfutatione abſolutas dederimus: cōſequens ac neceſſariū uidet̄/ut eis concluſiones accōmodem⁹. Idcirco has modicas cōcluſionū inuentiones cæteris ſuꝑioribus orationis partibus duxi adiungēdas.

Tu igit̄ me amabis ſi hoc idē me in te facere exiſtimes.
Tu igitur mihi inſeruias/ſi mutuā me tibi uicē præſtaturum arbitraris.
Si fieri poſſet uelim priſtinū erga me amorē conſerues.

Si effici poterit/cupio ut ſolitæ noſtræ beniuolētiæ con-
iunctio integra cōſeruetur.
Fac igitur mutuo me diligas.
Eadem igitur fac me beniuolentia cōplectaris.
Parem igitur fac mihi uoluntatem præſtes.
Eo igitur inter nos ſimus animo quo ſemꝑ fuimus.
Simus igitur ea uolūtate qua merito eſſe debemus.
Tu igitur ſicut mihi pollicitus es perſoluas.
Quod ꝓmiſiſti uelim tua fide ſatiſfacies.
Quā mihi ſpem dediſti uelim re ipſa mihi præſtes.
Fac igitur qđ mihi es pollicitus re ipſa experiar.
Fac ita ut mihi dixiſti/ita opus appareat.
Tu igitur uelim ut ſcribis me chariſſimū habeto.
Quoniā igitur iuſticiæ tuæ me dedi: ergo ratiōibus meis
in re ipſa opitulari debes.
A te igit̃ peto/ut ratiōes meas cōmēdatas habeas.
A te igitur cōtendo/ut ſtatum meū complectaris.
Adiuua me igitur tua uirtute.
Suſcipe igitur me totū tuis beneficijs exornandū.
Ama me igitur tua ſolita beniuolentia.
Te ergo rogo/ut me ita tueare ſicut amicitia noſtra depo
ſtulat.
Te ergo oro ut meas rationes ita defendas ſicut amicitia
noſtra depoſtulat.
Te ergo obſecro/ut meas ratōes ita defendas ſicut noſtra
neceſſitudo requirit.
Quare te oro ut cauſam meam agas.
Quare te obteſtor/ut me tibi in omnes partes defenden-
dum putes.
Quare ad te cōtendo/ut me totū cōſeruandū recipias.
A te igitur peto: poſtulo: efflagito: contendo/ut dignita-
ti ſuffrageris.
Itaq͡ʒ te etiam atq͡ʒ etiam rogo.
Itaq͡ʒ te uehementer obſecro.
Itaq͡ʒ te plurimum obteſtor.
Beniuolentiam igitur liberalitate a te peto.
Rogo igitur ut ne fallas opinionem meam.
Te igitur obſecro/ne ſpem meam decipias.

Te igitur oro/ne ſpes mea fruſtrata maneat.
Vehementer igitꝰ ꝑ rōnibꝰ meis diligentiā fac adiūgas.
Si igitꝰ qđ uolo ſtatueris/te mei ſtatꝰ amatorē exiſtimabo
Si igitꝰ qđ cupio feceris/te mihi amiciſſimū iudicabo.
Hæc igitur tibi erunt curæ quemadmodū confido.
Ex oībus igitꝰ rebus nihil eſt qđ mihi gratiꝰ facere poſſes.
Hoc igitur ut ſpero perficias.
Cætera alia prætermittas cū negociū meū opa tua īdigebit
Non facile credere poſſes ꝙ mihi hoc erit acceptū.
Gratiſſimū igitꝰ mihi feceris/ſi ī hac re mihi morē geſſeris
Tuas igitꝰ litteras ſumma cum auiditate deſidero.
Incredibile me tenet deſideriū uidendi litteras tuas.
Fac igitur ut ſæpiſſime per tuas litteras mecū agas.
Ignoſce igitur celeritati litterarum.
Parce feſtinationi epiſtolarum.
Sed iam his finem impono.

Habes rem (ueluti polliciti ſumus) cōfectam lector: ex qua tantū cōmodi ac utilitatis ꝑcepturus es: quātum uoles. Voles autem intrepide uigilāterꝗ; his noſtris inſudare laboribus: ex quibꝰ quantū lucri cōſecuturus ſis: haud facile breui oratione explicabimus. Tu interea nomē auctoritatēꝗ; præceptoris Aenæ ne flocciſeceris: cuius poſt omnium mortaliū honorē: non minimū hoc æuo fulget ingenium: Fœliciter Vale.

Siluius Aeneas hetruſcæ gloria gentis:
 Artem rhetorices condidit hancce pius.
Quā modo de Amerbach duce te preſſiſſe Iohanne
 Vrbs Baſilea quidē gaudeat uſꝗ; uelim.

D-B
1594 MCBX

12/37 Chimik Che
Bdg: 1/38 Jmls Khelk

PR 1574 MCBX

WX4T